MANUALE

Missae et Officiorum.

N° 563.

MANUALE

Missae et Officiorum

EX

LIBRIS SOLESMENSIBUS

EXCERPTUM.

TYPIS SANCTI PETRI DE SOLESMIS.

DESCLÉE, LEFEBVRE & Soc.

S. Sedis Apostolicae et S. Rit. Congregationis Typographi.

ROMAE. — 1902. — TORNACI.

PROŒMIUM.

NEMO nescit quemadmodum Solesmenses monachi, suo monasterio expulsi, Galliam nuper relinquere coacti fuerint. His vixdum discessis, typographica officina Sancti Petri, quam propriam habebat notissima Tornacensis Societas a Desclée Lefebvre aliisque inita, publice occupata est, omniaque instrumenta quibus instructa erat in publicum addicta, cum libris jamjam in vulgus emittendis vel etiam prælo subjectis.

Hinc maxima damna, sed graviter imprimis dolendum est sic amissos fuisse libros quales sunt præsertim *Liber Usualis*, *le Paroissien Romain*, *Missæ Officiorumque Manuale* jam fere perfectum.

Cum autem post Breve a Summo Pontifice Leone XIII missum ad Reverendissimum Patrem Domnum Delatte, Abbatem S. Petri de Solesmis, flagitationes undique confluerent, supradicta societas, dum jus suum persequitur, statuit, præeuntibus Benedictinis, novam præscriptorum librorum editionem suscipere.

Manuale igitur, prius typis mandatum fuit, cujus quatuor editiones paratæ sunt : duæ priores scilicet gallica latinaque cum veteribus notulis; duæ posteriores, gallica similiter latinaque sed cum recentioris musices notulis elaboratæ.

Duæ priores nunc divulgantur in quibus memorandum est quæ meliora fecerimus.

Nec inconsulte sane. Quid enim referam et veterum codices assidue versatos, et diuturnas meditationes et multa quæ colligere possis e quotidiana divini officii exercitatione, ex, felici quodam modo, necessitate in variis ecclesiis canentium choros instituendi, ex vulgari denique doctissimorum, omni fere regione degentium, consuetudine.

In musica translatione paucissima quidem immutata sunt sed cum iis, quæ nunc feliciter accedunt, multo facilius est intelligere gregorianæ melodiæ distinctiones ipsamque composite et devota mente servare.

Non solum enim in hac editione menda sublata sunt quæ in prioribus irrepserant, sed etiam nonnulla probe mutata sunt in melius, præsertim in neumis aut strictiore cohærentia inter se connectendis aut ab invicem majore spatio distinguendis prout requirit lex numeri vel œconomia cantilenæ, semper utique ad normam vetustissimorum codicum.

Inter hæc additamenta, præcipue eminet quod certis quibusdam punctis *moras vocis* significavimus. Quæ signa primum a nobis caute tentata, ab omnibus tanto favore accepta sunt ut iis nunc constanter utamur, nec desunt imitatores.

Id quoque maximi momenti est quod certis lineis incisorum membrorum ipsiusque periodi rhythmicum valorem discernere conati sumus, quo propius accedere possemus ad modum quo veteres tum in

codicibus, tum in cantandi ratione uterentur. Duo hæc enim præcipue spectavimus, codicibus incumbendo, et rhythmum lineis et *vocis moras* punctis, accuratius exprimere.

Ex amicis nostris, alii permulti, vel qui organa pulsant, vel qui canentium choros instituunt, a nobis efflagitaverunt ut gregorianum rhythmum quam apertissime etiam in singulis illustraremus: sic enim omnia faciliora evadunt et canentibus et organa pulsantibus quorum præsertim arduum est opus et perdifficile; alii contra liberiori indulgent notationi.

Morem utrisque gerere, magnum opus erat. Nihil certe prætermisimus quin res omnium optatis responderet.

Namque recentiores editiones cum antiqua notatione prolatæ, quamquam veteribus subtilitate præstant, non tamen omnia præbent quæ majori parti placuerunt. At vero in editionibus, quæ cum recentioris musices notulis mox in publico proponentur, nihil est quod jam desiderare possis[a]: hic enim illustrabitur rhythmus cum omni diligentia quam patitur gregorianum melos, natura sua liberum et molle.

Nunc cursim enumerandum est quid libellus hic noster contineat:

Primum igitur invenies, preces ordinarii Missæ quibus in gallica editione adnectuntur explanationes Reverendissimi Patris Abbatis Domni Guéranger;

Deinde quæ in ordinario Missæ cantantur: Asperges, integrum *Kyriale*, chori responsoria...;

Communes vespertini officii cantus: psalmorum tonos, cum duobus *Te Deum*...;

Dominicæ diei vesperas et completorium;

Tum hymnos prosasque pro toto anno, prorsus cum suis notulis expressas: psalmos[1] pro omnibus dominicis diebus et festis positos cum suis tonis et clausulis. (Adde Proprium temporis, sanctorum, festa pro aliquibus locis.)

Integras vesperas pro festis primi ordinis et uniuscujusque communis: Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, etc.;

Vesperas et Missam pro Defunctis, preces pro exsequiis;

Postremo nonnullas cantiones pro benedictione Sanctissimi Sacramenti.

Nobis etiam in animo est hujus *Manualis*, Appendicem quamdam conficere in qua invenientur Missæ pro Festis primi ordinis et Missæ aliquot votivæ quæ sunt in usu frequentiore.

[1] Habes in *Solesmensi psalterio* psalmos cum suis notulis ex toto scriptos.







De notatione et cantandi ratione pauca animadvertenda.

Opportunum duximus quam brevissime explicare elementa illa, notarum agglutinationes et sigla quibus veteres codices usi sunt, quæque ad cantus gregoriani sanam interpretationem sunt apprime necessaria, quæ intelligantur.


I

Nomina, Figuræ, Valores notarum præcipuarumque neumarum.






I. NOTÆ SIMPLICES.

Nomina	Figuræ	Valor musicus
Punctum quadratum		
Punctum quadratum cum subdivisionis ictu		
Punctum inclinatum		
Punctum inclinatum cum subdivisionis ictu		
Virga		
Apostropha		
Oriscus		
Quilisma		



2. NEUMÆ DUARUM NOTARUM.

Nomina	Figuræ fa sol, mi la, fa ut	Valor musicus
Pes ou Podatus		
Clivis		












3. NEUMÆ TRIUM NOTARUM.

Nomina	Figuræ ut la si, la fa la, fa mi la	Valor musicus
Porrectus		
Torculus		
Scandicus		
Salicus		
Climacus		






4. NEUMÆ QUATUOR NOTARUM ET AMPLIUS.

Nomina	Figuræ	Valor musicus
Porrectus flexus		
Scandicus flexus		

4. NEUMÆ QUATUOR NOTARUM ET AMPLIUS.

Nomina	Figuræ	Valor musicus
Salicus flexus		
Torculus resupinus		
Climacus resupinus		
Pes subbipunctis		
Scandicus subbipunctis		
Scandicus subbipunctis resupinus		

5. NEUMÆ SEMIVOCALES SEU LIQUESCENTES.

Nomina	Figuræ	Valor musicus
Epiphonus seu Podatus liquescens		
Cephalicus seu Clivis liquescens		
Torculus liquescens		
Ancus seu Climacus liquescens		


II

Animadversiones in elementa et sigla præcedentia.

Punctum, sive *quadratum*, sive *inclinatum*, notam gravem aut demissam designat.

Punctum inclinatum nunquam solum, sed vel *virgæ* vel præcedenti neumæ appositum reperies.

Virga quæ contra punctum distinguitur, notam immediate præcedentibus aut statim sequentibus acutiorem indicat. Sæpissime geminatur et musice sic vertitur :




vel duabus notulis sic agglutinatis :





Apostropha nunquam sola adhibetur. Geminata, *distropha* dicitur; ter ducta, *tristropha*; sed nihil obstat quin amplius iteretur.

Oriscus genus est *apostrophæ*. Neumas claudit; sed plerumque continuis torculis interponitur.



Quilisma. Notula hæc denticulata nonnisi media inter alias adhibetur, nec a cæterarum notarum valore et tenore discrepat : sed præcedentem notam aut neumam modice protrahendam esse indicat. In musica translatione, brevi linea super notas ducta, mora illa indicatur. Ubi vero integram neumam sequitur *quilisma*, prima neumæ nota est in quam præcise cadit productio; et in hoc casu, prior *podati* vel *clivis* notula pro geminata haberi potest : cf. infra, exemplum *sub thróno Déi*.





Podatus duobus notis constat quarum ima prior est proferenda.

Porrectus tribus notis constat. Summa pars lineæ crassæ in obliquum ductæ primam notam indicat, secundam vero ima pars ejusdem lineæ : nihil est ambigui circa tertiam.

Scandicus, *climacus*. Istæ neumæ, nomine non mutato, tribus notulis vel amplius constare possunt. v. gr. :



Climacus. Lineola id est ἐπίσημα inclinato puncto a sinistra adjunctum rhythmicam divisionem notat in descendentibus neumis quæ ex pluribus inclinatis punctis constant. Similiter in musice rhythmicas distinctiones indicant puncta notulis imposita.

Salicus. Quem noli, quæso, cum scandico commiscere : illius primam notulam levissimum intervallum a secunda disjungit in qua rhythmicam subdivisionem indicat.

Flexus. Flexæ dicuntur neumæ quæ in altum concludentes, (*porrectus*, *scandicus*) alia subjuncta notula, ad graviorem tonum flectuntur.

Resupinus. Resupinæ dicuntur neumæ quæ in gravi concludentes (*torculus*, *climacus*) alia subjuncta notula, ad altiorem tonum assurgunt.

Subpunctis dicitur neuma quæ in altum concludens, inclinatis punctis perficitur. Si duo adsunt inclinata *puncta*, neuma *subbipunctis* dicitur : et si tria *subtripunctis*.

Notæ semivocales, signis tenuioribus designatæ, reperiuntur tantummodo vel in fine illius syllabæ quæ cum altera insequenti conjunctim et more diphtongi effertur; v. gr. AU*tem*, E*jus;* vel cum plures sibi junguntur consonantes, v. gr. : *o*MN*is*.

Pressus est si in eodem gradu duæ notæ juxtaponuntur. Quæ juxtapositio fit modis sequentibus :

1° per *punctum* ante clivem :




2° per juxtapositionem duarum neumarum cum ultima nota prioris et prima notæ posterioris in eodem gradu sunt sitæ :


Podatus et Clivis



Clivis et Clivis



Climacus et Clivis



Scandicus et Climacus



Notæ in cantu plano appositæ tam arcte inter se copulantur ut nonnisi una remaneat nota, sed bivalens, et a prima prolatione cum vigore quodam cantanda. Altera *pressus* in recentioris musices notulas translatio, in qua duæ notulæ inter se conjunctæ idem valent ac , gregoriani cantus speciem optime retinet, dum prioris notulæ punctum, ictum significando, non sinit aliquid esse dubitationis.

III

Pausæ, mora vocis, respirationes.

Ex translatione nostra luculenter apparet omnes notas cantus plani exprimi eadem figura ; scilicet recentioris musices. Ideo, si duæ notæ in eodem gradu sunt sitæ sic musice vertantur vel et si tres, hoc modo vel . Revera, in syllabico cantu, simplex nota idem valet ac syllaba cui incumbit, sed notandum quod notula exprimit prolationem ordinariam syllabæ.

Attamen positio syllabarum notarumque tum in dictione, tum in cantu, præsertim in clausulis, in membris, in incisis, et fere in omnibus distributionibus rhythmicis illarum valorem variat. Productio quædam ultimæ vel duarum ultimarum notarum (apud veteres, *mora vocis*) has distributiones distinguit,aut pausa quædam iis accommodata.

Ut finem suum revera assequatur, notatio, imprimis singula incisa, singula periodi membra singulasque periodos lucide distinguere debet, et ubi sint *moræ vocis*, diligenter indicare. Quod quanti sit momenti, nemo est qui dubitet,cum ipse rhythmus in hoc maxime constet ut distinctiones illæ rite serventur. Necesse est ergo unamquamque rhythmicam divisionem proprio signo, quod sit ejus ponderi consentaneum, insigniri.

In hac igitur editione, ad *moras vocis* pausasque indicandas, primum quidem utimur *puncto*, quod notulæ postscriptum, *moram vocis* in omni distinctione significat : sive incisis, sive membris, sive periodis eamque cui adhæret notulam quasi duplicat.

Hoc utentes signo, non tantum latine nescientibus auxilio esse voluimus, sed etiam scientibus, dum accuratius subobscura quædam loca enucleare conati sumus in quibus et ipsi hærere possent. Sæpissime enim, in brevissimis præcipue concisionibus, *moram vocis* servare vel non, in eo qui cantat, totum positum est; quippe qui nulla præscriptione coactus, animo, voluntati, studioque proprio obsequi possit. Age nunc, si solus erit, rem ex sua sententia judicabit; quid vero si contrarium accidit, et re ipsa, gregorianum carmen a canentium multorum choris plerumque funditur, ut omnium voces recte consentiant, certa ergo opus est notatione quæ normam constituat ad quam omnes pariter dirigantur. Nec ullo modo, id, gregoriani cantus quamvis libero molli flexibilique rhythmo, officere potest. Quis enim dicere audeat recta interpunctione Tullii numerosam orationem vitiari?

Quanti autem sit momenti unaquæque distinctio facile perspicies. Namque :

a. — Simplices *moras vocis* aut breves et minoris discriminis concisiones, quibus absolutis, respirare non licet aut vix conceditur, *punctum* juxta notulam positum tibi satis significabit.

b. — *Incisa vero majoris* momenti quæ jam pro periodi membris haberi possunt, præter punctum illud, *minima* linea id est quarta pars lineæ tibi nota faciet. 

Quibus perfectis, si potes, melius erit non respirare. Quod si tibi nimium difficile videtur, tunc spiritum quasi raptim hauries, punctum vel, deficiente puncto, superiorem notulam, leviter minuendo.

c. — Quæ autem proprie vereque periodi membra dicuntur et ex pluribus incisis constant, linea minor id est dimidiata tibi commonstrabit. 

Hic plerumque respirationi indulgendum est, quod fit etiam punctum paulo levius attingendo.

d. — Periodus denique, aut linea majore, ubi necesse habes spiritum ducere, aut cum desinit carmen, geminata linea, finitur. 


e. — *Virgula* respirationi e superiore notula sumptæ breve tempus concedit. 

f. — Lineola vero supra vel infra notam ponitur ut scias hanc notam paulo ampliore voce edendam esse. Illam similiter clivis aut podatus recipere potest, cujus tunc utraque nota, ut decet, paulo longius producenda est.

Nec parum mollitudinis ac venustatis melodiæ afferunt ista minima quæ ceterum non sunt a nobis excogitata sed a *romaniana* notatione sumpta, qua nullam præstantiorem habemus.

g. — Geminatam autem lineam antea positam et carminis uniuscujusque principio, ubi inceptam partem a cantore chorus prosequitur et sub fine sive Gradualis sive ℣℣. qui cum alleluia dicendi sunt, sive Tractus, sive aliorum hujusmodi, de medio delendam esse censuimus utpote quæ melodiæ cursum, injucunde semper, imo etiam inepte sæpius, interrumperet. Nam geminatæ lineæ rhythmica interpunctio pulchre locum tenet. Quin etiam aliquando nullo signo opus erit, cum ne minimam quidem intermissionem melodia poscat.

Sed non alienum erit variarum pausarum specimen proponere.



Quod, majore prædita subtilitate, recentioris musices notatio tibi magis perspicuum faciet.



—⁂—⁂—

De rhythmo ejusque bipartitis vel tripartitis divisionibus.

Ex dissimilibus rebus miscetur et temperatur rhythmus quippe quem hisce omnibus constare manifestum sit, et quanta vi et quanto tempore et quam acuta voce et quo sono et quo motu præsertim, syllabæ vel notulæ proferantur. Hic de motu longe omnium gravissimo, pene unice noster erit sermo.

Cum audis aliquem aliquid aut dicentem aut canentem, dum animum attendere velis, non potes quin, prima fronte, hæc animadvertas.

Vix e quiete sua, ut ita dicam, excitata, vox in primam orationis syllabam provolavit, cum protinus ad secundam vel tertiam devolat ubi quasi paululum requiescere videtur, statim vero, eodem impetu, ultra in secundam vel tertiam syllabam fertur ab integro; rursus eam quasi considere credas, cito sed jam iterum longius evolavit, et sic progreditur, duas semel aut tres syllabas vicissim transiliens, donec tandem ad ultimam membri vel periodi perveniat, plus minus ibi consessura.

Ex hoc autem motu, ex hoc vocis incessu, vicissim provolantis considentisque, rhythmus maxime constat. Nunc quanta vi, quanto tempore, quam gravi aut acuta voce, quo sono, ut modo diximus, syllabæ vel notulæ proferantur, hæc sane ad rhythmum constituendum pertinent, sed quamvis necessaria, tamen sunt inferiora : rhythmi vero caput est vocis incessus seu motus, vel, cum veteribus dicam : nihil aliud est rhythmus nisi *motus ipsius ordo.*

Qui veteres *arsim* nominabant impetum illum quo vox sursum fertur, *thesim* vero flexionem qua demittitur et deorsum quiescit.

Nos *arsim* et *thesim*, sublationem et depositionem, promiscue usurpabimus. Ipsum vero temporis momentum, quo vox videtur quasi solum attingere, *ictus* quoque nuncupabitur.

Adverte autem diligenter haudquaquam inesse eamdem vim in illis ictibus : major enim est in aliis, in aliis minor, in aliis minima, utpote quæ posita sit et in syllaba ad quam referantur ictus, et in loco quem in neumis obtineant.


Vehementer igitur erres eamdem vim eis tribuendo quæ in recentiore musica, ictui tribuitur. Alii enim in hac sunt numeri, alii in gregoriano cantu qui, ut latine loquamur, mera rhythmi simplicitate gaudet. Sed hæc in alio loco planius illustrari poterunt.

Hic satis habemus, quam brevissime tibi indicare quomodo in notatione nostra, quos supposuimus ictus, discernere possis.

Depositione seu rhythmico ictu afficiuntur :

1.— **Omnes quadratæ notæ quæ a ceteris disjunctæ** ἐπισήματι **(▪) ornantur**; nec tibi sunt cum *virga* (▪) commiscendæ cujus cauda multo longior est.


In hac *Manualis* editione, rogantibus amicis qui rhythmicæ libertati favent, signum illud haud frequenter usurpavimus; quia vero reperitur in nonnullis operibus nostris, hic commemorandum erat.




Quibus in notis, ne ullam facias moram, etiam atque etiam præcipiendum est.

2. — Omnes notulæ a quibus neumæ initium faciunt


a) sive singulæ neumæ ad unam syllabam referuntur.




b) sive neumæ complures quarum unaquæque ex duabus aut tribus notulis constat, ad eamdem syllabam referuntur et sibi invicem ita arcte junguntur ut unam sed longiorem constituant.




Attamen excipiuntur : a) *Pressus.* Prior enim podati clivisque nota ictu caret, cum utriusque neumæ posterior notula cum prima sequentis neumæ ita conjungitur ut pressus efficiatur.



b) *Salicus.* In *salico* ( ) ictum accipere debet secunda notula. Hoc significatur a parvo intervallo quod primam a secunda discernit. Prima cum superioribus cohæret et arsim accipit, cujus regulæ duplex specimen habes in Introitu *Requiem æternam :* syllabam *æ* scilicet in vocabulo *ætérnam* syllabamque *do* in *dóna :*









In istis duobus *salicis sol* ictu feritur.

Ex nostris editionibus, veteres non satis *salicum* a *scandico* distinguunt : hoc vero in hisce recentioribus diligentissime curavimus. (Vide supra in *neumarum tabula*, in quo unus ab altero discrepet).

c) Prima cujuscumque neumæ notula; quam proxime *antecedit* aut *subsequitur* ictus; scilicet

— *Antecedit ictus*. Prima uniuscujusque neumæ notula semper ictu caret, cum ipsa antecedentis neumæ ultima ictu insignitur : ictus enim ictum continuo nunquam sectari potest :





Subsequitur ictus. Item de prima ad secundam neumæ notulam ictus delabitur cum hæc ἐπισήματι ornatur :




ubi non consistit rhythmus in notula cui stellula imponitur : hanc enim proxime ictus antecedit et sequitur.


3. — Omnes quoque rhythmico ictu feriuntur notæ quæ sunt in neuma ἐπισήματι insignitæ.

a) Sive in media neuma :

In hoc igitur exemplo




syllaoam *cæ* cantabis quasi scribatur :



Ut neuma tamen unum quid maneat et inclinata puncta, virgæ principio positæ, semper subjiciantur, notularum illarum unaquæque etiam nunc inclinati puncti speciem præbet, hanc autem, quæ secundario ictu feritur, ἐπισήματι ornavimus.


b) Sive in fine neumæ :



Ultima climaci nota (syllaba *de*) ictu feritur et cum sequenti syllaba *al* ita jungitur ut cum ea eamdem bipartitam divisionem efficiat; cujus reperiuntur exempla in Introitu *Requiem* quem supra vides, scilicet in prima linea, ultima notula vocabuli *eis* et in secunda linea, ultima notula vocabuli *lux*.

4. — Virga quæ neumas supereminet,


a) sive in media neuma :



b) sive in fine :




Quæ in prioribus editionibus sic effingebantur :



Regula quam modo exposuimus causa est cur illa leviter emendata fuerint.

Item prius notavimus :



Sed quia neumam supereminens virga, propter pressum *la*, secundario ictu caret, sic emendavimus :



Qua emendatione rhythmus planissime illustratur.


5. — **Uniuscujusque pressus prior notula.** Quod ex iis apparet quæ de hac neuma supra diximus, p. xiv. V. gr. : *Sanctus* in quo ultima torculi nota *la* tibi *ictu* ferienda est.


6. — **Omnes notæ quæ puncto, insigniuntur** et duplicantur.

De *intervallis* tandem hoc unum te admonere liceat : In prioribus nostris editionibus *intervalla* inter neumas posita *moras vocis* significabant, ideoque maximi erant momenti, nunc vero fere nullius sunt quia puncto utimur. Jam ergo tibi pro nihilo ducenda erunt nisi :

a) in *salico :* hujus enim neumæ proprium est levissimum intervallum quod priorem notulam ab altera disjungit;

b) in nonnullis locis ubi duæ notulæ quæ æqualiter sonant singulæ sunt proferendæ. De quo exemplum habes in Tractu *Absolve.*





Tunc levi ictu feries notam cui stellula imponitur.

Nunquam vero intervallum significat antecedenti notulæ immorandum esse.

Ordo Missæ.

Sacerdos : In nómine Pátris, et Fílii, et Spíritus Sáncti. Amen.

Ant. Introíbo ad altáre Déi.

Ministri : ℟. Ad Déum qui lætificat juventútem méam.

Psalmus 42.

JUdica me Déus, et discérne cáusam méam de génte non sáncta : ab hómine iníquo et dolóso érue me.

M. Quia tú es Déus fortitúdo méa : quare me repulísti, et quare trístis incédo, dum afflígit me inimícus?

S. Emítte lúcem túam, et veritátem túam : ípsa me deduxérunt, et adduxérunt in móntem sánctum túum et in tabernácula túa.

M. Et introíbo ad altáre Déi : ad Déum qui lætíficat juventútem méam.

S. Confitébor tíbi in cíthara, Déus, Déus méus : quare trístis es ánima mea, et quare contúrbas me?

M. Spéra in Déo, quóniam adhuc confitébor ílli : salutáre vúltus méi, et Déus méus.

S. Glória Pátri, et Fílio, et Spirítui Sáncto.

M. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper : et in sǽcula sæculórum. Amen.

S. Introíbo ad altáre Déi. ℟. Ad Déum qui lætíficat juventútem méam.

℣. Adjutórium nóstrum in nómine Dómini.

℟. Qui fécit cǽlum et térram.

¶ *In Missis Defunctorum, et in Missis de Tempore a Dominica Passionis usque ad Sabbatum sanctum exclusive, omittitur Psalmus* Júdica *cum repetitione Antiphonæ.*

S. Confíteor Déo omnipoténti. etc.

Ministri :

Misereátur túi omnípotens Déus, et dimíssis peccátis túis, perdúcat te ad vítam ætérnam. — *S.* ℟. Amen.

Ministri :

Confíteor Déo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sánctis Apóstolis Pétro et Páulo, ómnibus sánctis, et tíbi páter, quia peccávi nimis cogitatióne, vérbo et ópere : méa cúlpa, méa cúlpa, méa máxima cúlpa. Ideo précor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sánctos Apóstolos Pétrum et Páulum, ómnes sánctos, et te páter, oráre pro me ad Dóminum Déum nóstrum.

Sacerdos :

Misereátur véstri omnípotens Déus, et dimíssis peccátis véstris, perdúcat vos ad vítam ætérnam. ℟. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nóbis omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Déus tu convérsus vivificábis nos.
℟. Et plebs túa lætábitur in te.
℣. Osténde nóbis Dómine misericórdiam túam.
℟. Et salutáre túum da nóbis.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

ORÉMUS.

AUfer a nobis, quǽsumus Dómine, iniquitátes nostras : ut ad Sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Orámus te, Dómine, per mérita sanctórum tuórum, quorum relíquiæ hic sunt, et ómnium sanctórum : ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

Sacerdos legit Introitum. Quo finito, dicit alternatim cum ministris:

Kýrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.
Christe eléison. Christe eléison. Christe eléison.
Kýrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.

GLória in excélsis Déo. Et in térra pax homínibus bónæ voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter mágnam glóriam túam. Dómine Déus, Rex cæléstis, Déus Páter omnípotens. Dómine Fíli unigénite Jésu Christe. Dómine Déus, Agnus Déi, Fílius Pátris. Qui tóllis peccáta múndi, miserére nóbis. Qui tóllis peccáta múndi, súscipe deprecatiónem nóstram. Qui sédes ad déxteram Pátris, miserére nóbis. Quóniam tu sólus sánctus. Tu sólus Dóminus. Tu sólus altíssimus, Jésu Christe. Cum Sáncto Spíritu, in glória Déi Pátris. Amen.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orationes una vel plures, ut ordo Officii postulat. Sequitur Epistola, Graduale, Tractus, vel Allelúia *aut Sequentia.*
Deinde Sacerdos dicit:

MUnda cor meum, ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto : ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.
Jube Dómine benedícere.

Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis : ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

✠ Inítium *vel* Sequéntia sancti Evangélii secúndum N.

℟. Glória tibi Dómine.

Post Evangelium : Laus tibi, Christe.

CRédo in únum Déum, Pátrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in únum Dóminum Jesum Christum, Fílium Déi unigénitum. Et ex Pátre nátum ante ómnia sǽcula. Déum de Déo, lúmen de lúmine, Déum vérum de Déo vero. Génitum, non fáctum, consubstantiálem Pátri : per quem ómnia fácta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nóstram salútem descéndit de cælis. Et incarnátus est de Spíritu Sáncto ex María Vírgine :

ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus étiam pro nóbis sub Póntio Piláto : pássus, et sepúltus est. Et resurréxit tértia díe, secúndum Scriptúras. Et ascéndit in cælum : sédet ad déxteram Pátris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vívos et mórtuos : cújus régni non érit finis. Et in Spíritum Sánctum Dóminum, et vivificántem : qui ex Pátre Filióque procédit. Qui cum Pátre, et Fílio simul adorátur, et conglorificátur : qui locútus est per Prophétas. Et únam, sánctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiam. Confíteor únum baptísma in remissiónem peccatórum. Et exspécto resurrectiónem mortuórum. Et vítam ventúri sæculi. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

Sacerdos legit Offertorium. Deinde dicit :

SUscipe sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indígnus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabílibus peccátis, et offensiónibus, et negligéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis, vivis atque defúnctis : ut mihi et illis profíciat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

Deus, qui humánæ substántiæ dignitátem mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti : da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fíeri dignátus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

Offérimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam : ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra et totius mundi salúte cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine : et sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Veni sanctificátor omnípotens ætérne Deus : et bénedic hoc sacrifícium tuo sancto nómini præparátum.

Psalmus 25.

LAvábo inter innocéntes manus meas : et circúmdabo altáre tuum, Dómine.

Ut aúdiam vocem laudis : et enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine, diléxi decórem domus tuæ : et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam : et cum viris sánguinum vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes sunt : déxtera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum : rédime me, et miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto : in ecclésiis benedícam te, Dómine.

Glória. etc.

Súscipe sancta Trínitas hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam passiónis, resurrectiónis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri : et in honórem beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptístæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium sanctórum : ut illis profíciat ad honórem, nobis autem ad

salútem : et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

ORáte fratres : ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

℟. Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus túis, ad láudem et glóriam nóminis súi, ad utilitátem quoque nóstram, totiúsque Ecclésiæ súæ sánctæ.

Sacerdos dicit Amen, *deinde Orationes secretas. Postea:*

Præfatio Communis.

¶ *Præfationes propriæ inveniuntur post Ordinem Missæ.*

PER ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen. ℟. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo. ℣. Súrsum córda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro. ℟. Dígnum et jústum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

CANON MISSÆ.

TE ígitur, clementíssime Pater, per Jesum Christum Fílium tuum Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac pétimus, uti accépta hábeas, et benedícas, hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrifícia illibáta, in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica : quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum : una cum fámulo tuo Papa nostro *N.* et Antístite nostro *N.* et ómnibus orthodóxis, atque cathólicæ et apostólicæ fídei cultóribus.

Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuárum *N.* et *N.*; et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est, et nota devótio, pro quibus tibi offérimus : vel qui tibi ófferunt hoc sacrifícium laudis, pro se, suísque ómnibus : pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis, et incolumitátis suæ : tibíque reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomǽi, Matthǽi, Simónis et Thaddǽi : Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni : et ómnium sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxílio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quǽsumus Dómine, ut placátus accípias : diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum

tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quam oblatiónem tu Deus in ómnibus, quǽsumus, benedíctam, adscríptam, ratam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris : ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi.

Qui prídie quam paterétur, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in cælum, ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, benedíxit, fregit, dedítque discípulis suis, dicens : Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

SImili modo postquam cœnátum est, accípiens et hunc præclárum Cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas : item tibi grátias agens, benedíxit dedítque discípulis suis, dicens : Accípite et bíbite ex eo omnes.

HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI,
NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI : MYSTERIUM FIDEI :
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR
IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

UNde et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Fílii tui Dómini nostri tam beátæ passiónis, nec non et ab ínferis resurrectiónis, sed et in cælos gloriósæ ascensiónis : offérimus præcláræ majestáti tuæ de tuis donis, ac datis, hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam immaculátam, Panem sanctum vitæ ætérnæ, et Cálicem salútis perpétuæ.

Supra quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris : et accépta habére, sicuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justi Abel, et sacrifícium Patriárchæ nostri Abrahæ : et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchísedech, sanctum sacrifícium, immaculátam hóstiam.

Súpplices te rogámus, omnípotens Deus : jube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublíme altáre tuum in conspéctu divínæ majestátis tuæ : ut quotquot, ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui Corpus, et Sánguinem sumpsérimus, omni benedictióne cæléstí et grátia repleámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Meménto étiam, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum *N.* et *N.*, qui nos præcessérunt cum signo fídei, et dórmiunt in somno pacis.

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigérii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus : cum Joánne, Stéphano, Mathía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis : intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quǽsumus, largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum. Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctífi-

cas, vivíficas, benedícis, et præstas nobis. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti omnis honor et glória.

Per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

ORÉMUS.

Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere.

PAter nóster, qui és in cælis : Sanctificétur nómen túum : Advéniat régnum túum : Fiat volúntas túa, sicut in cælo, et in térra. Pánem nóstrum quotidiánum da nóbis hódie : et dimítte nóbis débita nóstra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nóstris. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nós a málo. *Sacerdos secrete dicit :* Amen.

Líbera nos, quǽsumus Dómine, ab ómnibus malis, prætéritis, præséntibus, et futúris : et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, da propítius pacem in diébus nostris : ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi, et ab omni perturbatióne secúri. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen.
Pax Dómini sit semper vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Hæc commíxtio et consecrátio Córporis et Sánguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

Agnus Déi, qui tóllis peccáta múndi : miserére nóbis.
Agnus Déi, qui tóllis peccáta múndi : miserére nóbis.
Agnus Déi, qui tóllis peccáta múndi : dóna nóbis pácem.

In Missis pro Defunctis non dicitur miserére nóbis, *sed ejus loco,* dóna éis réquiem, *et in tertio additur* sempitérnam : *nec dicitur prima ex sequentibus Orationibus.*

DOmine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis : Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis : ne respícias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ : eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris : qui vivis et regnas Deus per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti : líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis et univérsis malis : et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permíttas : qui cum eódem Deo Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sæculórum. Amen.

Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsúmo, non mihi provéniat in judícium et condemnatiónem : sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam : qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.
Panem cæléstem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

Córpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus : et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.

Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhǽreat viscéribus meis : et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecérunt sacraménta : Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum. Amen.

Post ultimam Orationem :

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Ite míssa est, *vel* Benedicámus Dómino. ℟. Déo grátias.

In Missis Defunctorum : Requiéscant in páce. ℟. Amen.

Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ : et præsta; ut sacrifícium, quod óculis tuæ majestátis indígnus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihíque, et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.
Benedícat vos omnípotens Déus, Páter, et Fílius, ✠ et Spíritus Sánctus. ℟. Amen.

In Missis pro Defunctis non datur benedictio.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

✠ Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem. ℟. Glória tíbi, Dómine.

IN princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his qui credunt in nómine ejus, qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitávit in nobis : et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ et veritátis. ℟. Deo grátias.

Præfationes propriæ.

Præfationes cujuscumque Festi dicuntur per Octavam, etiam in Festis occurrentibus, nisi habeant Præfationem propriam.

In Nativitate Domini.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit : ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes.

In Epiphania Domini.

Vere dignum et justum est..., ætérne Deus. Quia, cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitátis appáruit, nova nos immortalitátis suæ luce reparávit. Et ídeo, &c.

In Quadragesima.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus. Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et præmia : per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes.

In Missis de Passione et de S. Cruce.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus. Qui salútem humáni géneris in ligno crucis constituísti : ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret : et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur : per Christum Dóminum nostrum. Per quem, &c.

In Paschate.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre : Te quidem Dómine omni témpore, sed in hac potíssimum die (*vel* in hoc potíssimum) gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo, &c.

In Ascensione Domini.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Qui post resurrectiónem suam ómnibus discípulis suis maniféstus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes.

In Pentecoste.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos, sedénsque ad déxteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum (hodiérna die) in fílios adoptiónis effúdit. Quaprópter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes.

In Festo Ss. Trinitatis et in Dominicis per annum.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus. Qui cum Unigénito Fílio tuo, et Spíritu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus : non in uníus singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, reveláante te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto, sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ, sempiternǽque Deitátis, et in persónis propríetas, et in esséntia únitas, et in majestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli, atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim : qui non cessant clamáre quotídie, una voce dicéntes.

In Festis et Missis votivis B. Mariæ Virginis.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre..., ætérne Deus. Et te in *** beátæ Maríæ semper Vírginis collaudáre, benedícere, et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit : et virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem, &c.

In Festis Apostolorum.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre : Te Dómine supplíciter exoráre, ut gregem tuum, pastor ætérne, non déseras : sed per beátos Apóstolos tuos contínua protectióne custódias. Ut iísdem rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários eídem contulísti præésse pastóres. Et ídeo, &c.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis

Cantus ordinarii Missæ

Dominica ad Aspersionem Aquæ benedictæ

EXTRA TEMPUS PASCHALE





Repetitur Ant. Aspérges me.

¶ *In Dominica de Passione et Dominica Palmarum non dicitur* Glória Pátri.

TEMPORE PASCHALI

Scilicet a Dominica Paschæ usque ad Pentecosten inclusive.





Repetitur Ant. Vídi áquam.

℣. Osténde nóbis Dómine misericórdiam túam. (*Tempore Paschal.* Allelúia.) ℟. Et salutáre túum da nóbis. Allelúia.)

℣. Dómine exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor méus ad te véniat.


℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.


Oremus.

Exaudi nos, Dómine sáncte, Páter omnípotens, ætérne Déus : et mittere dignéris sánctum Angelum túum de cǽlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque defendat ómnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nóstrum.

℟. Amen.

Toni ℣. « Gloria Patri » in Introitu Missæ





4.
G Ló-ri-a Pá-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sáncto.
Sic-ut érat in princípi-o, et núnc, et sém-per, et in
sǽcula sæculó-rum. Amen. E. vel E u o u a e. F.
5.
G Lóri- a Pá-tri, et Fí-li-o, et Spi-rítu- i Sáncto.
Sicut érat in prin-cí-pi- o, et núnc, et sém-per, et in
sǽcula sæcu-ló-rum. Amen. A. vel E u o u a e. G.
6.
G Ló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sán-cto.
Sicut érat in princípi- o, et núnc, et sémper, et in sǽ-
cula sæcu-ló-rum. Amen. F. vel E u o u a e. G.
7.
G Ló-ri- a Pátri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.
Sic-ut érat in princí-pi- o, et núnc, et sémper, et in



sæcula sæcu-ló-rum. A-men. G. *vel* E u o u a e. *G.*

8.



GLó-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sáncto.




Sic-ut érat in princípi-o, et núnc, et sémper, et in




sæcula sæ-cu-ló-rum. Amen. G. *vel* E u o u a e. *G.*

Modus respondendi in Missa.

Ad Evangelium.



DOminus vobíscum. ℟. Et cum spíri-tu tú-o. Se-




quénti-a sáncti Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. ℟. Gló-



ri-a tíbi Dómine.

Ad Præfationes in tono solemni.



PER ómni-a sæcula sæcu-lórum. ℟. Amen. ℣. Dómi-



nus vobíscum. ℟. Et cum spí-ritu tú-o. ℣. Súrsum córda.




℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grá-ti- as agámus Dómino



Dé-o nóstro. ℟. Dígnum et jústum est.

Ad Præfationes in tono feriali.



PER ómni- a sæcula sæcu-lórum. ℟. Amen. ℣. Dómi-



nus vobíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tú-o. ℣. Súrsum córda.



℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grá-ti-as agámus Dómino




Dé-o nóstro. ℟. Dígnum et jústum est.


Ad « Pater noster ».



ET ne nos indúcas in tenta-ti- ónem. ℟. Sed li-





bera nos a má-lo.




Pax Dómini sit sémper vobíscum. ℟. Et cum spí-ritu tú-o.

I. Tempore Paschali.




Qui tóllis peccáta múndi, súscipe deprecati-ónem nóstram.
Qui sédes ad déxteram Pátris, mi-seré- re nóbis. Quóni-
am tu sólus sánctus. Tu sólus Dóminus. Tu sólus Altís-
simus, Jé-su Christe. Cum Sáncto Spí-ri-tu, in gló-ri- a
Dé- i Pátris. A- men.
4.
S Anctus, * Sánctus, Sánctus Dóminus Dé-us Sába-
oth. Plé- ni sunt cæ-li et térra gló- ri-a tú-a. Hosánna
in excélsis. Be-nedíctus qui vénit in nómine Dómini.
Ho- sánna in ex-célsis.
4.
A -gnus Dé- i. * qui tóllis peccáta mun-di, mi-se-
ré- re nó- bis. Agnus Dé- i, * qui tóllis peccá-ta




mún-di, mi-se-ré- re nó- bis. Agnus Dé- i, * qui tól-



lis peccá-ta mún-di, dóna nó- bis pá- cem.

A Missa Sabbati Sancti ad Sabbatum in Albis inclusive.


8.



I - te míssa est, alle-lú-ia, alle- lú- ia.
Dé-o grá-ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

Ab Octava Paschæ ad Sabbatum Quatuor Temporum Pentecostes inclusive.

7.




I - te míssa est.
Dé- o grá-ti- as.


2. In Festis Solemnibus. I.

(Kyrie fons bonitatis)

8.




K Yri- e e-lé- i-son. *iij.* Chrí-




ste e-lé- i-son. *iij.* Ký-ri-



e e-lé- i-son *ij.* Ký-ri- e



e-lé- i-son.


7 et 8.
GLó-ri- a in excél- sis Dé- o. Et in térra pax ho-
míni-bus bónæ vo-luntá-tis. Laudámus te. Benedí-
ci-mus te. Ado-rámus te. Glo-ri- fi- cámus te. Grá-
ti- as á-gimus tíbi propter mágnam gló- ri- am tú-am.
Dómine Dé-us, Rex cæ-léstis, Dé-us Páter omní- potens.
Dómine Fí-li unigéni- te, Jésu Chrí- ste. Dómine
Dé-us, Agnus Dé-i, Fí- li- us Pátris. Qui tóllis peccáta
múndi, mi-se-ré-re nó- bis. Qui tóllis peccáta múndi,
súscipe depreca- ti- ónem nóstram. Qui sédes ad déxte-
ram Pá-tris, mi-seré-re nó- bis. Quóni- am tu só- lus sán-



ctus. Tu só-lus Dóminus. Tu sólus Altíssimus, Jé-su Chrí-
ste. Cum Sáncto Spí- ri-tu, in gló-ri- a Dé- i Pá-tris.
A- men.
I. SAn- ctus, * Sán- ctus, Sán- ctus
Dóminus Dé- us Sába-oth. Pléni sunt cæli et tér- ra
glóri- a tú-a. Hosánna in excél-sis. Benedí-
ctus qui vé- nit in nómine Dómini. Hosánna in
excél-sis.
I. A-gnus Dé- i, * qui tól- lis peccáta mún-
di, mi-seré- re nó- bis. Agnus Dé- i, * qui tól-
lis peccáta mún- di, mi-seré- re nó- bis.




3. In Festis Solemnibus. II.


(Kyrie Deus sempiterne)





elé- ison. Ký-ri- e
elé- ison.
I.
Glóri- a in excélsis Dé- o. Et in tér-ra pax ho-
mí- ni- bus bónæ vo-luntátis. Laudámus te. Benedí-cimus
te. Ado-rámus te. Glo-ri-fi-cámus te. Grá-ti- as ágimus
tí-bi propter mágnam gló- ri-am tu-am. Dómine Dé-us
Rex cæ-léstis, Dé-us Páter omní-po- tens. Dó- mine
Fí- li uni-gé-nite, Jé-su Chríste. Dómine Dé-us, Agnus
Dé- i, Fí-li- us Pátris. Qui tól- lis peccáta múndi,
mi-se-ré- re nóbis. Qui tól- lis peccáta múndi, súscipe
depreca-ti- ónem nóstram. Qui sédes ad déx- teram Pá-



tris, mi-se-ré- re nóbis. Quóni- am tu só- lus sánctus.



Tu sólus Dóminus. Tu sólus Altís-simus, Jé- su Chríste.



Cum Sáncto Spí-ri-tu, in gló- ri- a Dé- i Pá- tris.




A- men.

Sánctus, Agnus *et* Ite Missa est, *ut in Missa præcedenti, pag.* 11.


4. In Festis Duplicibus. I.

(Cunctipotens Genitor Deus)


1.



K Y-ri- e e- lé- i-son. *iij.* Chrí-




ste e- lé- ison. *iij.* Ký-ri- e e-



lé- ison. *ij.* Ký-ri- e e- lé- ison.


4.



G Ló-ri- a in excélsis Dé- o. Et in térra pax homí-




nibus bónæ voluntá-tis. Laudámus te. Bene-dí-cimus te.



Ado-rá-mus te. Glo-ri-fi-cá-mus te. Grá-ti- as ágimus
tíbi propter mágnam gló-ri-am tú-am. Dómine Dé-us,
Rex cæ-léstis, Dé- us Pá- ter omnípotens. Dómine Fí-
li uni-géni-te, Jé- su Chrí- ste. Dómine Dé-us, Agnus
Dé- i, Fí- li-us Pá- tris. Qui tóllis peccáta múndi, mi-
se-rére nóbis. Qui tóllis peccáta múndi, súscipe depre-
ca-ti-ónem nóstram. Qui sédes ad déxteram Pátris, mise-
rére nóbis. Quóni- am tu sólus sánctus. Tu sólus Dómi-
nus. Tu sólus Altíssimus, Jé- su Chrí- ste. Cum Sán-
cto Spí- ri-tu, in gló-ri- a Dé- i Pá- tris. A- men.
8.
S An- ctus, * Sánctus, Sán- ctus Dóminus Dé- us



Sá-ba-oth. Pléni sunt cæ̀li et térra gló- ri- a tú- a.
Ho-sánna in ex-cél- sis. Benedíctus qui
vé-nit in nómine Dó- mini. Ho- sánna in ex-
cél- sis.
6. A -gnus Dé- i, * qui tól- lis peccá-ta múndi, mi-
se-ré- re nó- bis. Agnus Dé- i, * qui tóllis peccá-ta
múndi, mi-se-ré- re nó- bis. Agnus Dé- i, * qui tól-
lis peccá-ta múndi, dóna nó- bis pá- cem.
I. I - te missa est.
Dé- o grá-ti- as.
I. B Ene-di-cámus Dó- mino.
Dé- o grá-ti- as.


5. In Festis Duplicibus. II.


(Missa de Angelis.)




us Pá-tris. Qui tóllis peccáta múndi, mi-se-ré- re nóbis.
Qui tóllis peccáta múndi, súscipe depreca-ti-ónem nóstram.
Qui sédes ad déxteram Pátris, mise-rére nóbis. Quóni-am
tu sólus sánctus. Tu sólus Dóminus. Tu só-lus Altís-si-
mus, Jé-su Chríste. Cum Sáncto Spí-ritu, in gló-ri-a Dé- i
Pá-tris. A- men.
6.
PSALMUS 138.

DOmine probásti mé et cognovísti me : * tú cognovísti sessiónem méam et resurrectiónem méam.

Intellexísti cogitatiónes méas de lónge : sémitam méam et funículum méum investigásti.

Et ómnes vías méas prævidísti : * quia non est sérmo in língua méa.

Ecce Dómine tú cognovísti ómnia novíssima et antíqua : * tú formásti mé, et posuísti super me mánum túam.

Mirábilis fácta ést sciéntia túa ex me : * confortáta ést, et non pótero ad éam.

Quo íbo a spíritu túo? * et quo a fácie túa fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu íllic es : * si descéndero in inférnum, ádes.

Si súmpsero pénnas méas dilúculo : * et habitávero in extrémis máris :

Etenim illuc mánus túa dedúcet me : * et tenébit me déxtera túa.

Et díxi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me : * et nóx illuminátio méa in delíciis méis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, † et nóx sicut díes illuminábitur : * sicut ténebræ éjus, ita et lúmen éjus.

Quia tú possedísti rénes méos : * suscepísti mé de útero mátris méæ.

Confitébor tíbi quia terribíliter magnificátus es : * mirabília ópera túa, † et ánima méa cognóscit nímis.

Non ést occultátum os méum a té, quod fecísti in occúlto : * et substántia méa in inferióribus térræ.

Imperféctum méum vidérunt óculi túi, † et in líbro túo ómnes scribéntur : * díes formabúntur, et némo in éis.

Míhi autem nímis honorificáti súnt amíci túi Déus : * nímis confortátus ést principátus eórum.

Dinumerábo éos, et super arénam multiplicabúntur : * exsurréxi, et ádhuc sum técum.

Si occíderis Déus peccatóres : * víri sánguinum declináte a me :

Quia dícitis in cogitatióne : * accípient in vanitáte civitátes túas.

Nónne qui odérunt te Dómine óderam? * et super inimícos túos tabescébam?

Perfécto ódio óderam íllos : * et inimíci fácti sunt míhi.

Próba me Déus, et scíto cor méum : * intérroga mé, et cognósce sémitas méas.

Et víde, si vía iniquitátis in mé est : * et déduc mé in vía ætérna.

PSALMUS 144.

EXaltábo te Déus méus Rex : * et benedícam nómini túo in sæculum et in sæculum sæculi.

Per síngulos díes benedícam tíbi : * et laudábo nómen túum in sæculum et in sæculum sæculi.

Mágnus Dóminus et laudábilis nímis : * et magnitúdinis éjus non est fínis.

Generátio et generátio laudábit ópera túa : * et poténtiam túam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis túæ loquéntur : * et mirabília túa narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dícent : * et magnitúdinem túam narrábunt.

Memóriam abundántiæ suavitátis túæ eructábunt : * et justítia túa exsultábunt.

Miserátor et miséricors Dóminus : * pátiens et múltum miséricors.

Suávis Dóminus univérsis : * et miseratiónes éjus super ómnia ópera éjus.

Confiteántur tíbi Dómine ómnia ópera túa : * et sáncti túi benedícant tíbi.

Glóriam régni túi dícent : * et poténtiam túam loquéntur.

Ut nótam fáciant fíliis hóminum

poténtiam túam : * et glóriam magnificéntiæ régni túi.

Régnum túum régnum ómnium sæculórum : * et dominátio túa in ómni generatióne et generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus vérbis súis : * et sánctus in ómnibus opéribus súis.

Allevat Dóminus ómnes qui córruunt : * et érigit ómnes elísos.

Oculi ómnium in te spérant Dómine : * et tú das éscam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu mánum túam : * et ímples ómne ánimal benedictióne.

Jústus Dóminus in ómnibus víis súis : * et sánctus in ómnibus opéribus súis.

Própe est Dóminus ómnibus invocántibus éum : * ómnibus invocántibus éum in veritáte.

Voluntátem timéntium se fáciet :* et deprecatiónem eórum exáudiet : †. et sálvos fáciet éos.

Custódit Dóminus ómnes diligéntes se : * et ómnes peccatóres dispérdet

Laudatiónem Dómini loquétur os méum : * et benedícat ómnis cáro nómini sáncto éjus † in sæculum et in sæculum sæculi.

PSALMUS 147.

LAuda Jerúsalem Dóminum : * láuda Déum túum Síon.

Quóniam confortávit séras portárum tuárum : * benedíxit fíliis túis in te.

Qui pósuit fínes túos pácem : * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium súum térræ : * velóciter cúrrit sérmo éjus.

Qui dat nívem sicut lánam : * nébulam sicut cínerem spárgit.

Míttit crystállum súam sicut buccéllas : * ante fáciem frígoris éjus quis sustinébit?

Emíttet vérbum súum, et liquefáciet éa : * flábit spíritus éjus, et flúent áquæ.

Qui annúntiat vérbum súum Jácob : * justítias et judícia súa Israel.

Non fécit táliter ómni natióni : * et judícia súa non manifestávit éis.

Vesperæ in Præcipuis Festis

ET HYMNI PER TOTUM ANNUM.

PROPRIUM DE TEMPORE.

Dominicis Adventus.

Psalmi de Dominica, p. 73, *super tonos propriis locis indicatos, p.* 101.

Hymn. 4.



ínferi Treménte curvántur génu. 5. Te deprecámur últi-

mæ Mágnum di-é-i Júdicem, Armis supérnæ grá-ti-æ

Defénde nos ab hóstibus. 6. Vírtus, hónor, láus, gló-ri-a

Dé-o Pátri cum Fí-li-o, Sáncto simul Parácli-to, In sæcu-

lórum sǽcu-la. Amen.

℣. Roráte cæli désuper, et núbes plúant jústum.
℟. Aperiátur térra, et gérminet Salvatórem.

AD COMPLETORIUM.

Hymn. 7.

TE lúcis ante térmi-num, Rérum Cre-á-tor póscimus,

Ut pro tú-a cleménti- a Sis prǽsul et cu-stó-di-a.

2. Procul re-cédant sómni-a, Et nócti-um phanstásmata;

Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu-ántur córpo-ra.

3. Prǽsta Pá-ter pi- íssime, Patríque cómpar Unice, Cun



Spí-ritu Parácli-to Régnans per ómne sǽcu-lum. Amen.

I. DOMINICA. — *Ps.* Dixit. 8. G. — Confitébor. 8. G. — Beátus vir. 5. a. — Laudáte púeri. 7. c. — In éxitu. 4. A. — Magníficat. 8. G.

II. DOMINICA. — Dixit. 2. D. — Confitébor. 7. D. — Beátus. 7. a. — Laudáte púeri. 1. f. — In éxitu. 3. g. — Magníficat. 8. G.

III. DOMINICA. — Dixit. 1. à. — Confitébor. 8. G. — Beátus. 8. G. — Laudáte púeri. 5. a. — In éxitu. 2. D. — Magníficat. 8. G *vel* 2. D.

IV. DOMINICA. — Dixit. 1. g. — Confitébor. 1. f. — Beátus. 1. g. — Laudáte púeri. 1. f. — In éxitu. 2. D. — Magníficat. 2. D.

IN NATIVITATE DOMINI.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, p. 73; *loco ultimi Ps. 116.* Laudáte Dóminum ómnes géntes, *p.* 95.

1. Ant. 8.G.



R Ex pa-cí-ficus * magni-fi-cá-tus est, cú-jus vúltum



de-sí-de-rat u-ni-vérsa térra. E u o u a e.

2. Ant. 7. a



M Agni- ficá-tus est * Réx pa-cí-fi-cus super ómnes



réges u-nivérsæ térræ. E u o u a e.


3. Ant. 8. G




C Omplé-ti sunt * dí-es Ma-rí-æ, ut páre-ret fí-




li- um sú-um primogéni-tum. E u o u a e.



4. Ant.
S. G
SCi-tóte * qui-a própe est régnum Dé- i : a-
men dí-co vóbis, qui- a non tardábit. E u o u a e.
5. Ant.
2. D
LE-vá-te cápi-ta véstrâ : * ecce appro-pínquat
re-démpti-o véstra. E u o u a e.
Hymn.
I.
JEsu Redémptor ómni-um, Quem lúcis ante o-
rí- ginem Pá-rem patérnæ glóri- æ Páter suprémus é-
didit. 2. Tu lúmen et spléndor Pátris, Tu spes perénnis
ó-mni- um, Inténde quas fúndunt préces Tú- i per órbem
sérvu-li. 3. Meménto, ré-rum Cóndi-tor, Nóstri quod o-lim
cór- po- ris, Sa-cráta ab álvo Vírginis Nascéndo, fórmam
súmpse-ris. 4. Testá-tur hoc præ-sens dí- es, Cúrrens per án-



℣. Crástina díe delébitur iníquitas térræ.
℟. Et regnábit super nós Salvátor múndi.


Ad Magnificat.








AD COMPLETORIUM.


Hymn. 1.














IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 73. — 2. Confitébor tibi. 74. — 3. Beátus vir. 74. — 4. De profúndis. 96. — 5. Meménto. 96.


1. Ant. 1. g







2. Ant. 7. a






Hymnus Jésu Redémptor, *ut in I. Vesperis.*

℣. Nótum fécit Dóminus, allelúia. ℟. Salutáre súum, allelúia.

Ad Magnificat.







26. DECEMBRIS.

S. Stephani Protomartyris.

Ant. et Psalmi de Nativitate, p. 104.






℣. Stéphanus vídit cǽlos apértos.
℟. Vídit et introívit: beátus hómo, cúi cæli patébant.
Magníficat. 8. G.


27. DECEMBRIS.

S. Joannis Apostoli et Evangelistæ.


Ant. et Psalmi de Nativitate, p. 104.

Hymn. 1.





bit árbi-ter In fíne Chrístus sǽ- cu-li, Nos sempi- tér-



ni gáudi- i Concédat ésse cómpotes.


6. Jésu, tíbi sit glória, Qui nátus es... *ut supra, p.* 106.
℣. Válde honorándus est beátus Joánnes.
℟. Qui supra péctus Dómini in cœna recúbuit.
Magníficat. 6. F.

28. DECEMBRIS.


In Festo SS. Innocentium.

Ant. et Psalmi de Nativitate, p. 104.

Hymn. 1.




S Alvé-te fló- res Mártyrum, Quos lúcis íps*o* in lí-



mine Chríst*i* insecú-tor sústu-lit, Ceu túrbo nascéntes rósas.



2. Vos príma Chrí-sti víctima, Gréx immo-la-tórum téner,



A- ram sub ípsam símpli-ces Palm*a* et coró-nis lúdi-tis.

3. Jésu, tíbi sit glória, Qui nátus es... *p.* 106.
℣. Sub thróno Déi ómnes sáncti clámant.
℟. Víndica sánguinem nóstrum Déus nóster.
Magníficat. 2. D.

29. DECEMBRIS.

S. Thomæ, Episcopi et Martyris.

Ant. et Psalmi de Nativitate, p. 104.
Hymnus. Déus tuórum mílitum, *ut in festo S. Stephani, p.* 106.
℣. Jústus ut pálma florébit. ℟. Sicut cédrus Líbani multiplicábitur.
Magníficat. 1. f.

In Circumcisione Domini.

IN I. VESPERIS.

Díxit. 6. F. — Laudáte púeri. 3. a. — Lætátus sum. 4. E. — Nisi Dóminus. 1 f. — Láuda Jerúsalem. 2. D.

Hymnus. Jésu redémptor ómnium, *ut in Nativitate Domini, p.* 102.
℣. Vérbum cáro fáctum est, allelúia. ℟. Et habitávit in nóbis, allelúia.
Magníficat. 8. G.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis Vesperis, præter sequentia.
℣. Nótum fécit Dóminus, allelúia.
℟. Salutáre súum, allelúia.
Magníficat. 2. D.

---

2. JANUARII.

In Octava S. Stephani.

Díxit. 8. G. — Confitébor. 7. a. — Beátus. 8. G. — Laudáte púeri. 8. G. — Crédidi. 4. A.

A Capitulo fit de S. Joanne.
Hymnus et ℣. *ut in ejus festo, p.* 107.
Magníficat. 1. g.

---

3. JANUARII.

In Octava S. Joannis.

Díxit. 8. G. — Laudáte púeri. 3. à. — Crédidi. 3. à. — In convertendo. 1. f. — Dómine probásti. 1. f.

Hymnus, ℣. et Magníficat, *ut in ejus festo, p.* 108.

---

4. JANUARII.

In Octava SS. Innocentium.

Díxit. 1. f. — Confitébor. 1. f. — Beátus. 8. G. — Laudáte púeri. 2. D. — Crédidi. 8. c.

Hymnus, ℣. et Magníficat, *ut in ejus festo, p.* 108.

IN EPIPHANIA DOMINI.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Domin., p. 73; *loco ultimi Ps. 116.* Laudáte Dóminum, *p.* 95.

1. Ant.
2. D




A Nte lucí-ferum géni-tus, * et ante sǽcula,



Dómi- nus Salvátor nóster hódi- e múndo appáru-it.


E u o u a e.
2. Ant.
1. g
VEnit lúmen tú-um * Je- rú-sa-
lem, et gló- ri- a Dó- mi-ni super te ór- ta est, et
ambu-lábunt géntes in lúmine tú-o, alle- lúia.
E u o u a e.
3. Ant.
1. a
A-pértis thesáuris sú- is * ob- tu-
lérunt Má-gi Dómi-no áurum, thús et mýrrham, alle-
lú-ia. E u o u a e.
4. Ant.
4. E
MAri- a et flúmina * be-
nedí-ci-te Dómino : hýmnum dí-ci-te fóntes Dómino, alle-
lú-ia. E u o u a e.
5. Ant.
7. ç
STélla ísta * sicut flám-
ma corúscat, et Régem régum Dé- um demónstrat : Má-
gi é-am vidé-runt, et mágno Ré- gi múnera obtulérunt.
E u o u a e.




℣. Réges Thársis et insulæ múnera ófferent.
℟. Réges Arabum et Sába dóna addúcent.

Ad Magnif. Ant. 8. G



MAgi * vidén-tes stéllam. dixé- runt ad invicem :



Hoc signum mágni Ré-gis est : e- ámus et inqui-rá-mus



é- um, et offerámus é- i múnera, áurum, thús et myr-




rham, alle-lú- ia. E u o u a e.

AD COMPLETORIUM.


Hymn. 3.




TE lúcis ante términum, Rérum Cre- á-tor pósci-




mus, Ut pro tú- a clemén-ti- a Sis præsul et custó-



di- a. 2. Procul recédant sómni- a, Et nócti- um phan-



tásma-ta : Hostémque nóstrum cómprime Ne pollu-



ántur córpora. 3. Jesu tibi sit glória ... *ut supra ad Vesp.*

IN. II. VESPERIS.

Antiphonæ ut in I. Vesp. p. 109. *Psalmi de Dominica, p.* 73.
Hymnus Crudélis Heródes. 111.
℣. Réges Thársis et insulæ múnera ófferent.
℟. Réges Arabum et Sába dóna addúcent.




Dominica infra Octavam Epiphaniæ.


Omnia ut in II. Vesperis Festi, præter : Magníficat. 8. G.

Dominica II. post Epiphaniam.

FESTUM SANCTISSIMI NOMINIS JESU.

Díxit. 8. G. — Confitébor. 5. a. — Beátus. 3. a. — Laudáte púeri. 4. E. — Crédidi. 8. c.





℣. Sit nómen Dómini benedíctum, allelúia.
℟. Ex hoc núnc, et usque in sæculum, allelúia.

IN I. VESPERIS. — Magníficat. 8. G.

IN II. VESPERIS. — Magníficat. 1. g.

Dominicis post Epiph. usque ad Quadragesimam.

Ant. Psalmi, Hymnus et ℣. de Dominica, p. 73.

Dominica III. — Magníficat. 1. g.

Dominica IV. — Magníficat. 1. g.

Dominica V. — Magníficat. 1. g.

Dominica VI. — Magníficat. 1. J.

Dominica in Septuagesima. — Magníficat. 7. a.


Dominica in Sexagesima. — Magníficat. 6. F.

Dominica in Quinquagesima. — Magníficat. 1. J

Dominicis Quadragesimæ.

Ant. et Psalmi de Dominica, p. 73.

Hymn. 2.




℣. Angelis súis Déus mandávit de te.
℟. Ut custódiant té in ómnibus víis túis.

AD COMPLETORIUM.


Hymn. 8.




TE lúcis ante términum, Rérum Cre- átor póscimus,




Ut pro tú- a cleménti- a Sis præsul et custódi- a.




2. Procul recédant sómni-a, Et nócti-um phantásmata :




Hostémque nóstrum cómpri-me, Ne pollu-ántur córpo-



ra. 3. Præsta Páter pi- íssime, Patríque cómpar Unice,



Cum Spí-ri-tu Parácli- to Régnans per ómne sæculum.




Amen.

Dominica I. — Magníficat. 8. G.
Dominica II. — Magníficat. 1. f.
Dominica III. — Magníficat. 8. G.
Dominica IV. — Magníficat. 1. g.


Dominica de Passione.

Ant. et Psalmi de Dominica, p. 73.


Hymn. 1.




VExílla Ré- gis pród- e-unt : Fúlget Crúcis mysté-



ri- um, Qua víta mórtem pértu-lit Et mór-te ví- tam pró


tu-lit. 2. Quæ vulnerá- ta lán-ce-æ Mucróne dí-ro, crími-
num Ut nos lavá-ret sórdibus, Maná- vit únd*a* et sángui-
ne. 8. Impléta sunt quæ cón-ci-nit Davíd fidé- li cármine,
Dicéndo na-ti- ónibus : Regná- vit a lígno Dé-us. 4. Arbor
decór*a* et fúl-gi-da, Ornáta ré-gis púrpura, E-lécta dí-
gno stípi-te Tam sáncta mémbra tángere. 5. Be-áta, cú-
jus brá-chi- is Prét*i*um pepéndit sæcu- li, Statéra fácta cór-
poris, Tu- lítque prǽdam tár-tari. 6. O Crux áve, spes ú-
ni-ca, Hoc passi- ó-nis témpore Pí- is adáuge gráti- am
Re-ís-que dé-le crímina. 7. Te, fóns sa-lú- tis Trí-ni-tas,
Colláudet ómnis spí-ri-tus : Quíbus Crúcis victó-ri- am Lar-




gí- ris, ádde prǽmi-um. Amen.


℣. Eripe me Dómine ab hómine málo. ℟. A víro iníquo éripe me. Magnificat. 2 D.

AD COMPLETORIUM.


Hymn. I.




TE lúcis an-te términum, Rérum Cre-átor póscimus,




Ut pro tú- a cleménti- a Sis prǽsul et custódi- a.




2. Pro-cul recé- dant sómni- a, Et nócti-um phantá-sma-ta :




Hostémque nóstrum cómprime, Ne pol- lu-ántur córpo-



ra. 3. Prǽsta Páter pi- ís- sime, Patríque cómpar Unice,



Cum Spí-ri-tu Paráclito Régnans per ómne sǽculum.




Amen.


Dominica in Palmis.

Ad Benedictionem Palmarum.

Ant. 7.



HOsánna * fí- li- o Dávid : benedí-ctus qui vé-nit in



nó-mine Dómini. O Rex Isra- el : Hosánna in excélsis.


Post Præfationem, Sánctus, *ut in Feriis Quadragesimæ, p.* 39.

Completa benedictione, cum Sacerdos inceperit distribuere ramos, a Choro cantantur sequentes Antiphonæ :

Ant. I.



PU-e-ri Hebræ-órum * portántes rámos o- livárum,



obvi-avérunt Dó-mino, clamán-tes, et di-céntes : Hosán-



na in excél-sis.

Alia Ant. I.



PU-e-ri Hebræ-órum * ve-stiménta prosternébant in



ví- a, et clamábant dicéntes : Hosánna fí-li- o Dá-vid :




benedíctus qui vénit in nómine Dómini.

Quæ si non sufficiant, repetantur quousque ramorum distributio finiatur.

Postea fit Processio.

Diaconus dicit :



Procedámus in páce.

Et Chorus respondet:



In nómine Chrí-sti. Amen.

Deinde cantantur sequentes Antiphonæ, vel omnes vel aliquæ, quousque durat Processio.

ANTIPHONA. (1)

Cum appropinquáret Dóminus Jerosólymam : * mísit dúos ex discípulis súis, dícens :

Ite in castéllum quod contra vós est : * et inveniétis púllum ásinæ alligátum, super quem núllus hóminum sédit.

Sólvite éum : * et addúcite míhi.

Si quis vós interrogáverit, * dícite : Opus Dómino est.

Solvéntes adduxérunt ad Jésum : * et imposuérunt ílli vestiménta súa, et sédit super éum.

Alii expandébant vestiménta súa in vía : * álii ramos de arbóribus sternébant.


Et qui sequebántur, clamábant : * Hosánna, benedíctus qui vénit in nómine Dómini.

Benedíctum régnum Pátris nóstri Dávid : * Hosánna in excélsis, miserére nóbis, fíli Dávid.

Alia Ant. 5.



(1) Sequentes Antiphonæ cantari possunt modo psalmodico.



Alia Antiphona.


Ante sex díes solémnis Páschæ : * quando vénit Dóminus in civitátem Jerúsalem.

Occurrérunt éi púeri : * et in mánibus portábant rámos palmárum.

Et clamábant vóce mágna, dicéntes : * Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venísti in multitúdine misericórdiæ tuæ : * Hosánna in excélsis.

Alia Ant. 8.




Alia Antiphona.

Cum Angelis et púeris fidéles inveniámur : * triumphatóri mórtis clamántes : Hosánna in excélsis.


Alia Antiphona.


Túrba múlta, quæ convénerat ad diem féstum clamábat Dómino : * Benedíctus qui vénit in nómine Dómini, Hosánna in excélsis.

In reversione Processionis, duo vel quatuor cantores intrant in ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem, incipiunt :



Chorus extra ecclesiam repetit : Glória, láus.





re tí-bi, pláce- at devó-ti- o nó-stra : Rex bó-ne, Rex clé-



mens, cú- i bóna cúncta plá- cent.

Postea Processio intrat ecclesiam, cantando :

℟. Ingrediénte Dómino in sánctam civitátem, * Hebræórum púeri, resurrectiónem vítæ pronuntiántes,

† Cum rámis palmárum * Hosánna clamábant in excélsis.

℣. Cum audísset pópulus quod Jésus veníret Jerosólymam, * exiérunt óbviam ei.

† Cum rámis palmárum * Hosánna clamábant in excélsis.

AD VESPERAS.

Ut in Dominica Passionis præter :

Magníficat. 8. G.

Feria quinta in Cœna Domini.

Ad Processionem SS. Sacramenti : Hymnus Pánge língua, *p.* 146.

Feria sexta in Parasceve.

Ad Processionem SS. Sacramenti : Hymnus Vexílla régis, *p.* 116.

Sabbato Sancto.


AD VESPERAS.

Laudáte Dóminum. 6. F. — Magníficat. 8. G.


DOMINICA RESURRECTIONIS.

AD MISSAM.

Seq. 1. 2.



V Ictimæ Paschá-li láudes ímmo-lent Christi- áni.




Agnus redémit óves : Chrístus ínnocens Pátri recon-ci-li-




ávit peccató-res. Mors et ví- ta du-éllo conflixére mi-rán-




do : dux vítæ mórtu-us, régnat vívus. Dic nóbis Ma-rí- a,




quid vidísti in ví- a? Sepúlcrum Chrísti vivéntis, et glóri-



am vídi resurgéntis : Angé-licos téstes, sudári- um, et vé-



stes. Surréxit Chrístus spes mé- a : præcédet vos in Ga-li-



læ- am. Scímus Chrístum surrexísse a mórtu- is vere; tu




nóbis, víctor Rex, mise-ré-re. A-men. Allelú-ia.


AD VESPERAS.

Psalmi de Dominica, *p.* 73.

1. Ant. 8. G



ANgelus autem Dó-mini * descéndit de cǽ-lo, et



accé- dens revólvit lápi-dem, et sedébat super é-um, alle-



lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 7. c



ET ecce terræmótus * fáctus est mágnus : Angelus

enim Dómi-ni descéndit de cǽlo, allelú-ia. E u o u a e.

3. Ant. 8. c

E -rat au- tem * adspéctus é-jus sic-ut fúlgur; vesti-

ménta autem é-jus sicut nix, alle-lú-ia, allelú-ia. E u o u a e.

4. Ant. 7. a

PRÆ timóre autem éjus * extérri-ti sunt cu-stódes,

et fácti sunt velut mórtu- i, allelú-ia. E u o u a e.

5. Ant. 8. G

R Espóndens autem Angelus * díxit mu-li- éribus :

No-lí-te timére : scí- o enim quod Jésum quǽri-tis, al-le-

lú-ia. E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et ℣. non dicuntur; sed eorum loco:


Ant. 2.

HÆC dí- es, * quam fé- cit Dó-


mi- nus : exsulté- mus, et

læ-té- mur in é- a.

Ad Magníficat. Ant. 3. á




ET respici- éntes * vidérunt revo-lú-tum lápi-



dem : érat quippe mágnus valde, alle-lú-ia. E u o u a e.

℣.



BEnedicámus Dómino, alle-lú-ia, alle- lú- ia.
℟. Dé- o grá-ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

AD COMPLETORIUM.

Post ℣. Júbe dómne, *et Psalmos consuetos, dicitur Ant. in die Paschæ, p.* 82. *Deinde Canticum Simeonis*, Nunc dimíttis. 8. G. *Postea Ant.* Hæc díes, *ut supra.*


Feria II. et III. post Pascha.

Omnia ut in die Paschæ excepto : Magníficat. 8. G.


Dominicis post Pascha.

Antiphona unica, Allelúia, *p.* 76. *Psalmi de Dominica.* 7. ç, *p.* 73.


Hymn. 8.



AD ré-gi- as Agni dápes, Stó-lis amícti cándi-dis,




Post tránsi-tum máris Rúbri, Chrísto canámus Príncipi.




2. Diví-na cú-jus cári-tas Sácrum propínat sánguinem, Al-



míque mémbra córpo-ris Amor sacérdos ímmo-lat. 3. Spár-



sum cru- ó-rem póstibus Vastá-tor hórret Ange-lus : Fugít-


que divísum má-re : Mergúntur hóstes flúctibus. 4. Jam Pá-
scha nóstrum Chrístus est, Paschá-lis ídem víctima, Et pú-
ra púris ménti- bus Since-ri-tá-tis á-zyma. 5. O vé-ra cæli
víctima, Subjécta cui sunt tártara, So-lú-ta mórtis vín-
cu-la, Recépta ví-tæ præmi- a. 6. Víctor sub-áctis ínfe-ris,
Trophǽ-a Chrístus éxpli-cat, Cæ-lóque apérto, súbdi-tum
Régem tenebrárum tráhit. 7. Ut sis per-énne méntibus Pa-
schá-le Jésu gáudi-um, A mórte díra críminum Vítæ rená-
tos lí-bera. 8. Dé-o Pá-tri sit gló-ri-a, Et Fí- li-o, qui a
mórtu-is Surréxit, ac Parácli-to, In sempi-térna sǽcu-la.
Amen.

℣. Máne nobíscum Dómine, allelúia.
℟. Quóniam advesperáscit, allelúia.
Ad Completorium, Hymnus, Te lúcis, *tempore paschali, p.* 84.


Dominica in Albis. — Magníficat. 8. c.


Dominica II. post Pascha. -- Magníficat. 3. a.

Dominica III. post Pascha.
FESTUM PATROCINII SANCTI JOSEPH.


Díxit. 1. g. — Confitébor. 8. G. — Beátus. 7. a. — Laudáte púeri. 3. a. — Laudáte Dóminum. 7. d.

Hymn. 1.






ré-liquos mors pí- a cónsecrat, Palmámque emé-ri-tos gló-




ri- a súsci-pit : Tu ví-vens, Súpe-ris par, frú-e-ris Dé-o,




Mí-ra sórte be-á- ti-or. 5. Nóbis, súmma Tri- as, párce



precántibus, Da Jóseph mé-ri-tis sí-de-ra scándere : Ut



tandem lí-ce-at nos tí-bi pérpe-tim Grátum prómere cán-



ticum. Amen.

IN I. VESPERIS.

℣. Constítuit éum dóminum dómus súæ, allelúia.
℟. Et príncipem ómnis possessiónis súae, allelúia.
Magníficat. 3. a.

IN II. VESPERIS.

℣. Sub úmbra illíus quem desideráveram sédi, allelúia.
℟. Et frúctus éjus dúlcis gútturi méo, allelúia.
Magníficat. 3. à.

Dominica IV. post Pascha. — Magníficat. 2. D.


Dominica V. post Pascha. — Magníficat. 8. G.

In Litaniis Majoribus et Minoribus.

AD PROCESSIONEM.

Ante Processionem cantantur stando :

Ant. 2.




E Xsúrge Dómi-ne, * ádjuva nos : et libera



nos, propter nómen tú- um. Ps. Dé-us áuribus nóstris



audívimus : pátres nóstri annunti- avérunt nó-bis.



Gló-ri- a Pátri. E u o u a e. *Repetitur:* Exsúrge Dómine.

Dum incipiuntur Litaniæ, omnes genuflectunt.



KY-ri- e e-lé- ison. *ij.* Chríste e-lé- ison. *ij.* Ký-ri- e



elé- ison. *ij.* Chríste áudi nos. *ij.* Chríste exáudi nos. *ij.*



Pá- ter de cǽ-lis Dé- us, mi-serére nóbis.
Fíli Redémptor múndi Dé- us, mi-serére nóbis.
Spí- ri-tus Sáncte Dé- us, mi-serére nóbis.
Sáncta Trínitas únus Dé- us, mi-serére nóbis.



Sáncta Ma- rí- a, óra pro nóbis.

Surgunt omnes et ordinatim procedunt.

Sáncta Dé-i Génitrix, óra pro nóbis.
Sáncta Vírgo vírginum, óra pro nóbis.



Sáncte Mí-cha- el, óra pro nóbis.
Sáncte Gá- bri- el, óra pro nóbis.
Sáncte Rápha- el, óra pro nóbis.



Omnes sáncti Ange-li et Archánge-li, oráte pro nóbis.
Omnes sáncti beatórum Spirítuum órdines, oráte pro nóbis.




Sáncte Jo-ánnes Baptísta, óra pro nóbis.



Sáncte Jóseph, óra pro nóbis.




Omnes sáncti Patri- árchæ et Prophétæ, oráte pro nóbis.




Sáncte Pétre, óra pro nóbis.

Sáncte Páule, óra.
Sáncte Andréa, óra.
Sáncte Jacóbe, óra.
Sáncte Joánnes, óra.
Sáncte Thóma, óra.
Sáncte Jacóbe, óra.
Sáncte Philíppe, óra.
Sáncte Bartholomǽe, óra.
Sáncte Matthǽe, óra.
Sáncte Símon, óra.
Sáncte Thaddǽe, óra.
Sáncte Mathía, óra.
Sáncte Bárnaba, óra.
Sáncte Lúca, óra.
Sáncte Márce, óra.
Omnes sáncti Apóstoli et Evangelístæ, órate.
Omnes sáncti Discípuli Dómini, órate.
Omnes sáncti Innocéntes, oráte.
Sáncte Stéphane, óra.
Sáncte Laurénti, óra.
Sáncte Vincénti, óra.
Sáncti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.
Sáncti Joánnes et Páule, oráte.
Sáncti Cósma et Damiáne, oráte.
Sáncti Gervási et Protási, oráte.
Omnes sáncti Mártyres, oráte.
Sáncte Silvéster, óra.
Sáncte Gregóri, óra.
Sáncte Ambrósi, óra.
Sáncte Augustíne, óra.
Sáncte Hierónyme, óra.
Sáncte Martíne, óra.
Sáncte Nicoláe, óra.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Omnes sáncti Doctóres, oráte.
Sáncte Antóni, óra.
Sáncte Benedícte, óra.
Sáncte Bernárde, óra.
Sáncte Domínice, óra.
Sáncte Francísce, óra.
Omnes sáncti Sacerdótes et Levítæ, oráte.
Omnes sáncti Mónachi et Eremítæ, oráte.
Sáncta María Magdaléna, óra.
Sáncta Agatha, óra.
Sáncta Lúcia, óra.
Sáncta Agnes, óra.
Sáncta Cæcília, óra.
Sáncta Catharína, óra
Sáncta Anastásia, óra.
Omnes sánctæ Vírgines et Víduæ, oráte.
Omnes Sáncti et Sánctæ Dei, intercédite pro nobis.



Propí-ti- us ésto, párce nó-bis Dómine.
Propí-ti- us ésto, exáu-di nos Dómine.
Ab ómni má-lo, lí-be- ra nos Dómine.

Ab ómni peccáto, líbera nos Dómine.
Ab íra túa, líbera nos Dómine.
A subitánea et improvísa mórte, líbera nos Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera nos Dómine.
Ab íra, et ódio, et ómni mála voluntáte, líbera nos Dómine.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos Dómine.
A fúlgure et tempestáte, líbera nos Dómine.
A flagéllo terræmótus, líbera nos Dómine.
A péste, fáme, et béllo, líbera nos Dómine.
A mórte perpétua, líbera nos Dómine.
Per mystérium sánctæ incarnatiónis túæ líbera nos Dómine.
Per advéntum túum, líbera nos Dómine.
Per nativitátem túam, líbera nos Dómine.
Per baptísmum et sánctum jejúnium túum, líbera nos Dómine.
Per crúcem et passiónem túam, líbera nos Dómine.
Per mórtem et sepultúram túam, líbera nos Dómine.
Per sánctam resurrectiónem túam, líbera nos Dómine.
Per admirábilem ascensiónem túam, líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sáncti Paráclíti, líbera nos Dómine.
In díe judícii, líbera nos Dómine.



Peccatóres, te rogámus áudi nos.

Ut nóbis párcas, te rogámus áudi nos.
Ut nóbis indúlgeas, te rogámus áudi nos.
Ut ad véram pæniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut Ecclésiam túam sánctam régere et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut Dómnum Apostólicum et ómnes ecclesiásticos órdines in sáncta religióne conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut inimícos sánctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut régibus et príncipibus christiánis pácem et véram concórdiam donáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut cúncto pópulo christiáno pácem et unitátem largíri dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut nosmetípsos in túo sáncto servítio confortáre et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut méntes nóstras ad cæléstia desidéria érigas, te rogámus áudi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nóstris sempitérna bóna retríbuas, te rogámus áudi nos.
Ut ánimas nóstras, frátrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, te rogámus áudi nos
Ut frúctus térræ dáre et conserváre dignéris, te rogámus áudi nos
Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, te rogámus áudi nos.
Ut nós exaudíre dignéris, te rogámus áudi nos.
Fíli Déi, te rogámus áudi nos.



Agnus Dé- i, qui tóllis peccáta múndi, párce nóbis Dó-



Confundántur et revereántur, * qui quærunt ánimam méam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui vólunt míhi mála.

Avertántur statim erubescéntes, * qui dícunt míhi : Euge, éuge.

Exsúltent et læténtur in te ómnes qui quærunt te : * et dícant sémper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutáre túum.

Ego vero egénus et páuper sum:* Déus ádjuva me.

Adjútor méus et liberátor méus és tu : * Dómine ne moréris.

Glória Pátri.

℣. Sálvos fac sérvos túos.
℟. Déus méus sperántes in te.
℣. Esto nóbis Dómine túrris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Níhil profíciat inimícus in nóbis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nóbis.

℣. Dómine non secúndum peccáta nóstra fácias nóbis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nóstras retríbuas nóbis.
℣. Orémus pro Pontífice nóstro *N.*
℟. Dóminus consérvet éum, et vivíficet éum, et beátum fáciat éum in térra, et non trádat éum in ánimam inimicórum éjus.
℣. Orémus pro benefactóribus nóstris.
℟. Retribúere dignáre Dómine ómnibus nóbis bóna faciéntibus propter nómen túum vítam ætérnam. Amen.
℣. Orémus pro fidélibus defúnctis.
℟. Réquiem ætérnam dóna éis Dómine, et lux perpétua lúceat éis.
℣. Requiéscant in páce.
℟. Amen.
℣. Pro frátribus nóstris abséntibus.
℟. Sálvos fac sérvos túos, Déus méus, sperántes in te.
℣. Mitte éis Dómine auxílium de sáncto.
℟. Et de Síon tuére éos.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu túo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cui próprium est miseréri semper et párcere : súscipe deprecatiónem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

EXáudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces : et confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem.

INeffábilem nobis Dómine misericórdiam tuam cleménter osténde : ut simul nos a peccátis ómnibus éxuas; et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpa offénderis, pæniténtia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

OMnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* : et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ; ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perfíciat.

DEus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

URE igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum Dómine : ut tibi casto córpore serviámus; et mundo corde placeámus.

FIdélium Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur.

ACtiónes nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere : ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

OMnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænóscis : te súpplices exorámus; ut pro quibus effúndere preces de-


crévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.


℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu túo.
℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus.
℟. Amen.
℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Déi requiéscant in páce.
℟. Amen.


IN ASCENSIONE DOMINI.

IN I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, p. 73; *loco ultimi, Ps.* Laudáte Dóminum, *p.* 95.




5. Ant.
8. G
Dé- o, alle-lú-ia. E u o u a e V Idéntibus íllis
e-levátus est, et núbes suscépit é- um in cælo, alle-lú-ia.
E u o u a e.
Hymn.
4.
S A-lú-tis humánæ Sátor, Jesú, volúptas cór-di-um.
Orbis redémpti Cóndi-tor, Et cásta lux amánti-um. 2. Qua
víctus es cleménti- a, Ut nóstra férres crími-na? Mórtem
subí-res ínnocens, A mórte nos ut tólle-res? 3. Perrúmpis
inférnum chá-os ; Vínctis ca-té-nas détrahis ; Víctor tri-úm-
pho nóbi-li Ad déxteram Pátris sédes. 4. Te có-gat indul-
génti- a, Ut dámna nóstra sárci-as, Tu- íque vúltus cóm-
potes Dí-tes be-á- to lúmine. 5. Tu dux ad ástra, et sémi-



ta, Sis mé-ta nóstris córdibus, Sis lacrimárum gáudi-um,




Sis dúlce ví-tæ prǽmi-um. Amen.

℣. Ascéndit Déus in jubilatióne, allelúia.
℟. Et Dóminus in vóce túbæ, allelúia.


Ad Magníf. Ant. 6. F



PAter, * ma-nifestávi nómen tú-um homí-nibus




quos dedísti mí- hi : nunc autem pro é- is rógo, non pro




múndo, qui-a ad te vé-ni- o, alle-lú- ia. E u o u a e.

AD COMPLETORIUM.


Hymn. 4.




TE lú-cis ante términum, Rérum Cre- á-tor pósci-




mus, Ut pro tú-a cleménti-a Sis præ-sul et custó- di- a.




2. Procul recé-dant sómni-a, Et nócti- um phantásma-ta :



Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu- ántur córpo-ra.



3. Jé-su tí-bi sit gló-ri-a Qui víctor in cælum rédis, Cum



Pátre et álmo Spí-ri-tu, In sem-pi-tér-na sǽ- cu-la.



A-men.

IN II. VESPERIS.


Ant. Psalmi et Hymnus ut in I. Vesperis, p. 135.

℣. Dóminus in cælo, allelúia.
℟. Parávit sédem súam, allelúia.

Ad Magníf. Ant. 2. D




O Rex gló- ri-æ, * Dómine virtú-tum, qui



tri- umphátor hódi- e super ó-mnes cǽlos ascen-dí- sti,



ne dere-lín-quas nos órphanos : sed mítte promíssum Pá-



tris in nos, Spí-ritum veri-tá- tis, alle-lú-ia. E u o u a e.


Dominica infra Octavam Ascensionis. Omnia ut in die Ascensionis, excepto : Magnificat. 8. G.

IN FESTO PENTECOSTES.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, p. 73; *loco ultimi, Ps.* Laudáte Dóminum, *p.* 85.

1. Ant. 3. a



CUM compleréntur * dí- es Pentecóstes, érant




ómnes pá-riter in e-ódem lóco, alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 8. G




SPí-ri- tus Dómini * replévit órbem terrárum, al-



le-lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 8. G



REplé-ti sunt ómnes * Spí-



ri-tu Sáncto, et cœpérunt lóqui, alle-lú-ia, alle-lú- ia.



E u o u a e.

4. Ant. I. a



FOntes, * et ómni- a quæ movéntur



in áquis, hýmnum dí-ci-te Dé- o, alle-lú-ia. E u o u a e.


5. Ant. 7. ç



LOquebántur * vá- ri- is línguis Apósto- li



magná-li- a Dé- i, allelú-ia, alle- lú-ia, alle- lú- ia.



E u o u a e.

Hymn. 8.




VEni Cre- átor Spí-ritus, Méntes tu-órum ví-si-ta,



Imple su-pérna grá-ti-a Quæ tu cre- ásti péctora.




2. Qui dí-ce-ris Paráclitus, Altíssimi dónum Dé- i, Fons



([1]) Hæc doxologia nunquam mutatur (S. R. C.)


℣. Repléti sunt ómnes Spíritu Sáncto, allelúia.
℟. Et cœpérunt lóqui, allelúia.



AD COMPLETORIUM.



AD MISSAM.


Seq. 1.
VEni Sáncte Spí- ri-tus, Et emítte cǽ- li-tus Lú-cis
tú-æ rá- di- um. Véni páter páuperum, Véni dátor mú- ne-
rum, Véni lúmen cór-di- um. Conso-látor óptime, Dúl-cis
hó-spes á-nimæ, Dúlce refrigé- ri- um. In labóre réqui-es,
In ǽstu tempé-ri- es, In flétu so-lá- ti- um. O lux be-
a-tíssima, Réple córdis íntima Tu- órum fidé- li- um. Si-
ne tú- o númine, Nihil est in hómine, Ni-hil est innó-
xi- um. Láva quod est sórdidum, Ri-ga quod est á-ridum,
Sána quod est sáuci- um. Flécte quod est rí-gidum, Fóve
quod est frí-gidum, Rége quod est dévi- um. Da tú-is fidé-
libus, In te con-fidéntibus, Sácrum septená-ri- um. Da vi

tú-tis mé-ri-tum, Da sa-lú- tis éxi-tum, Da perénne gáu-

di- um. Amen. Alle- lú-ia.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ ut in I. Vesperis, p. 138. *Psalmi de Dominica, p.* 73. *Hymnus,* Véni Creátor, *p.* 139.

℣. Loquebántur váriis línguis Apóstoli, allelúia.

℟. Magnália Déi, allelúia.

Ad Magníf. Ant. 1. J

H Odi- e compléti sunt * dí- es Pentecóstes, al-

le- lú-ia : hó- di- e Spí-ri-tus Sán-ctus in ígne discípu-lis

appá-ru- it, et tríbu- it é- is charís-matum dóna : mí- sit

é- os in uni-vérsum múndum prædicáre et testi- fi-cári :

qui credíde-rit, et bapti-zá-tus fú- e-rit, sálvus é- rit,

alle- lú-ia. E u o u a e.

Feria II. post Pentecosten.


Omnia ut in die Pentecostes, excepto :
Magníficat. 8. G.

Feria III. post Pentecosten.

Omnia ut in die Pentecostes, excepto :
Magníficat. 6. F.


IN FESTO SS. TRINITATIS.


Dixit. 1. f. — Confitébor. 2. D. — Beátus. 3. a. — Laudáte púeri. 4. E. — In éxitu. 5. a.



℣. Benedíctus és Dómine in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.
Magníficat. 4. E.

AD COMPLETORIUM.







IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

IN I. VESPERIS.

Psalmus. 1. Díxit Dóminus. 73. — 2. Confitébor tíbi. 74. — 3. Crédidi. 95. — 4. Beáti. 96. — 5. Láuda Jerúsalem. 98.






accí-pi-am, et sacri-ficábo hó-sti- am láudis. E u o u a e.
4. Ant.
4. E
SIc- ut novéllæ o-li-várum * Ecclé- si-æ fí-li- i
sint in circú- i- tu ménsæ Dómini. E u o u a e.
5. Ant.
5. a
QUI pá- cem * pó-nit fínes Ecclé- si-æ, fruménti
ádipe sá-ti- at nós Dómi-nus. E u o u a e.
Hymn.
3.
PAnge língua glo-ri-ó-si Córpo-ris mysté-ri- um,
Sanguinísque pre-ti-ó-si, Quem in múndi pré-ti- um Frúctu
véntris generósi Rex effúdit génti-um. 2. Nóbis dá-tus, nó-
bis nátus Ex intácta Vírgine, Et in múndo conversá-tus,
Spárso vérbi sémi-ne, Sú- i móras incolá-tus Míro cláusit
órdine. 3. In suprémæ nócte cœnæ Recúmbens cum frátri-




℣. Pánem de cælo præstitísti éis, allelúia.
℟. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Ad Magníf. Ant. 6. F







ri-tus tú- us, qui, ut dulcédinem tú-am in fí-li- os demon-



strá-res, pá- ne su- a- vís- simo de cǽ-lo prǽ-sti- to,



esu-ri- éntes réples bónis, fa- stidi- ó-sos dí- vi- tes




dimít-tens in- ánes. E u o u a e.


¶ Ad Completorium, *Hymnus*, Te lucis, *ut notatur p.* 85.

AD MISSAM.


Seq.
7. et 8.




L Auda Sí- on Salvatórem, Láuda dúcem et pastórem,




In hýmnis et cánti-cis. Quantum pó-tes tantum áu-de :




Qui-a má-jor ómni láude, Nec laudáre súfficis. Láudis thé-




ma speci- á- lis, Pánis vívus et vi-tá-lis Hódi- e propóni-





tur. Quem in sácræ ménsa cœ- næ, Túrbæ frátrum du-o-




dénæ Dá-tum non ambigi-tur. Sit laus pléna, sit so- nóra,


Sit jucúnda, sit decóra Méntis jubi-lá-ti-o. Dí-es enim
so-lémnis ági-tur, In qua ménsæ príma recó-li-tur Hú-jus
insti-tú-ti-o. In hac ménsa nóvi Régis, Nóvum Páscha
nóvæ légis Pháse vé-tus términat. Ve-tustá-tem nóvi-tas,
Umbram fúgat vé-ri-tas, Nóctem lux e-líminat. Quod in
cœna Chrístus géssit, Faci- éndum hoc expréssit In sú-i
memó-ri-am. Dócti sácris in-sti-tú-tis, Pánem, vínum in sa-
lú-tis Consecrámus hósti-am. Dógma dátur christi-ánis,
Quod in cárnem tránsit pánis, Et vínum in sánguinem. Quod
non cápis, quod non vídes, Animósa fírmat fídes. Præter


rérum órdinem. Sub divérsis spe-ci-ébus. Sígnis tantum. et
non rébus, Látent res e-xími-æ. Cáro cibus, sánguis pótus :
Mánet tamen Christus tótus Sub utráque spéci- e. A su-
ménte non concísus, Non confráctus, non diví-sus : Integer
accipi-tur. Súmit únus, súmunt mille : Quantum ísti, tan-
tum ílle : Nec súmptus con-súmitur. Súmunt bóni, súmunt
má- li : Sórte tamen inæquá-li, Ví-tæ vel intér-i-tus. Mors
est má-lis, ví-ta bó- nis : Víde pá-ris sumpti- ónis Quam
sit díspar éxi-tus. Frácto demum Sacraménto, Ne va-cílles,
sed meménto Tantum ésse sub fragménto, Quantum tó-
to tégi-tur. Núlla ré- i fit scissúra : Sígni tantum fit fra-




ctúra, Qua nec státus, nec statúra Signá-ti mi-nú-i-tur.



Ecce pánis Ange-lórum, Fáctus cíbus vi-atórum : Vere



pánis fi- li-órum, Non mitténdus cánibus. In figú-ris præ-




signátur, Cum Isa- ac immo- látur, Agnus Páschæ de-putá-



tur, Dátur mánna pátribus. Bóne Pástor, pánis vere, Jésu,




nóstri mi-se- ré-re : Tu nos pásce, nos tu-é-re, Tu nos bóna



fac vidé-re In térra vivénti-um. Tu qui cúncta scis et vá-



les, Qui nos páscis hic mor- tá-les : Tú- os ibi commensá-




les, Cohærédes et sodá-les Fac sanctórum cívi- um. Amen.


Ad Processionem.


Hymnus. Pange lingua, *p.* 146.

Hymnus.

1. 

SAcris so- lémni- is júncta sint gáudi- a, Et ex


præcórdi- is sónent præcóni- a ; Recé-dant vé-tera, nóva
sint ómni- a, Córda, vóces et ópe-ra. 2. Nóctis re- có- li-
tur cœna novíssima, Qua Chrístus crédi-tur ágnum et á-
zyma Dedísse frátribus, juxta le- gí-tima Príscis indúlta
pátribus. 3. Post ágnum týpicum, explé-tis épu-lis, Córpus
domí-nicum dátum discípu-lis, Sic tó-tum ómnibus, quod
tótum síngu-lis, E- jus fa-témur mánibus. 4. Dé-dit fra-gí-
libus córporis férculum, Dédit et trístibus sánguinis pó-
culum, Dícens : Accí-pi-te quod trádo vásculum, Omnes ex
é- o bí-bi-te. 5. Sic sacri- fí-ci- um ístud instí-tu- it, Cújus
offí-ci- um commítti vólu- it Só-lis presbý-te-ris, quíbus


sic cóngru- it Ut súmant, et dent céte-ris. 6. Pá-nis an-
gé-li-cus fit pánis hóminum ; Dat pánis cæ-li-cus figúris
términum : O res mi-rá-bi-lis ! mandúcat Dóminum Páuper,
sérvus, et húmi-lis. 7. Te trína Dé- i-tas unáque póscimus,
Sic nos tu ví-si-ta, sicut te có-limus : Per tú- as sémitas
duc nos quo téndimus, Ad lúcem quam inhábi-tas. Amen
Hymnus.
8. V Erbum su-pérnum pródi- ens, Nec Pátris línquens
déxteram, Ad ópus sú-um éx-i-ens, Vénit ad ví- tæ vé-
speram. 2. In mór- tem a di-scípu-lo Sú-is tradéndus æmu-
lis, Pri- us in vítæ férculo Se trá-didit discípu-lis. 3. Quí-
bus sub bí-na spéci- e Cárnem dédit et sánguinem, Ut

dúpli-cis substánti-æ Tó-tum cibá-ret hóminem. 4. Se ná-

scens dé-dit sóci- um, Convéscens in e-dú-li- um, Se móri-

ens in pré-ti- um. Se régnans dat in præmi- um. 5. O sa-

lu-tá-ris Hósti- a, Quæ cæli pándis ósti- um, Bélla prémunt

hostí- li- a, Da ró-bur, fer auxí- li- um. 6. Uni tri-nóque

Dómino Sit sempi-térna gló-ri- a : Qui ví-tam sine térmi-

no Nóbis dónet in pátri- a. Amen.

Hymnus. Salútis humánæ Sátor, *p.* 136.

Hymnus.


S.


Æ - tér- ne Rex al- tíssime, Redémptor et fidé-li- um,

Cui mors perémpta dé-tu-lit Súmmæ tri- úmphum glóri-æ.

2. A-scén- dis órbes síderum Quo te vocábat cæli-tus Col-

láta, non humá-ni-tus Ré- rum po-téstas ómni- um. 3. Ut


trí- na ré-rum máchina, Cælésti-um, terréstri-um, Et in-
ferórum cóndita, Fléctat génu jam súbdi-ta. 4. Trémunt
vi-déntes Ange-li Vérsam vícem mortáli- um : Péccat cá -
ro, múndat cáro, Régnat Dé- us Dé- i cáro. 5. Sis í- pse
nóstrum gáudi-um Mánens olýmpo prǽmi- um, Múndi ré-
gis qui fábricam, Mundána vín-cens gáudi- a. 6. Hinc te
pre-cántes quǽsumus, Ignósce cúlpis ómnibus, Et córda
sursum súbleva Ad te supérna gráti- a. 7. Ut cum re-
pén-te cœperis Claráre núbe júdi-cis, Pœnas repéllas dé-
bi-tas, Réddas coró-nas pérditas. 8. Je-sú, tí-bi sit gló-
ri- a, Qui víctor in cǽ-lum rédis, Cum Pátre, et álmo Spí-



Te Deum, *p.* 67.

CANTICUM ZACHARIÆ.

BEnedíctus Dóminus Déus Israel : * quia visitávit et fécit redemptiónem plébis súæ :

Et eréxit córnu salútis nóbis, * in dómo Dávid púeri súi.

Sicut locútus est per ós sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum éjus :

Salútem ex inimícis nóstris, * et de mánu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nóstris : * et memorári testaménti súi sáncti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham pátrem nóstrum, * datúrum se nóbis :

Ut sine timóre, de mánu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus ílli.

In sanctitáte et justítia coram ípso, * ómnibus diébus nóstris.

Et tu púer, prophéta Altíssimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vías éjus :

Ad dándam sciéntiam salútis plébi éjus, * in remissiónem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiæ Déi nóstri : * in quíbus visitávit nos, óriens ex álto :


Illumináre hís qui in ténebris et in úmbra mórtis sédent : * ad dirigéndos pédes nóstros in víam pácis.


Canticum. Magníficat. *p.* 77. — *Sequentia.* Láuda Sion. *p.* 148.
Ad Benedictionem Ss. Sacramenti. Tantum ergo, *p.* 147.
℣. Pánem de cælo.


IN II. VESPERIS.


Omnia dicuntur sicut in I. Vesperis, excepta :

Ad Magníf. Ant. 5. a











Dominica infra Octavam Corporis Christi.


Omnia dicuntur sicut in Festo Corporis Christi, præter :

℣. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúia.
℞. Et de pétra, mélle saturávit éos, allelúia.
Magnificat. 1 à.

Dominicis post Pentecosten.

Antiphonæ, Psalmi, Hymnus et ℣. *de Dominica, p.* 73.

III.	*Dom.* —	Magníficat	6. F.	*XIV.*	*Dom.* —	Magníficat.	1. g.
IV.	»	»	1. g.	*XV.*	»	»	4. A.
V.	»	»	1. J.	*XVI.*	»	»	7. a.
VI.	»	»	7. b.	*XVII.*	»	»	4. E.
VII.	»	»	1. J.	*XVIII.*	»	»	4. E.
VIII.	»	»	4. E.	*XIX.*	»	»	3. à.
IX.	»	»	8. G.	*XX.*	»	»	3. à.
X.	»	»	8. G.	*XXI.*	»	»	6. F.
XI.	»	»	5. a.	*XXII.*	»	»	1. g.
XII.	»	»	8. G.	*XXIII.*	»	»	1. f.
XIII.	»	»	2. D.	*XXIV.*	»	»	1. f.




Commune Sanctorum.


COMMUNE APOSTOLORUM et EVANGELISTAR


EXTRA TEMPUS PASCHALE.


IN. I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, p. 73; *loco ultimi, Ps.* Laudáte Dóminum. *p.* 95












5. Ant. 2. D
IN pa-ti-én-ti- a véstra * possi-dé-bi-tis ánimas
véstras. E u o u a e.
Hymn. 1.
EXsúl-tet órbis gáudi- is, Cǽlum resúltet láudi-
bus : Apostolórum gló-ri- am Téllus et ástra cónci-
nunt. 2. Vos sæcu-lórum júdi-ces, Et vé-ra múndi lú-
mi-na : Vó-tis precámur córdi- um, Audí-te vó- ces
súpplicum. 3. Qui témpla cǽ-li cláudi- tis, Se-rásque
vérbo sólvi-tis, Nos a re-átu nóxi- os Sólvi jubé- te,
quǽsumus. 4. Præcépta quórum pró-tinus Lánguor
salúsque sénti- unt : Sanáte méntes lánguidas, Augé-
te nos virtú-tibus. 5. Ut cum red-í-bit árbi-ter In



℣. In ómnem térram exívit sónus eórum.
℟. Et in fines órbis térræ vérba eórum.




AD COMPLETORIUM.





2. Prócul recédant só- mni-a, Et nócti- um phantásmata :



Hostémque nóstrum cómprime Ne pollu-ántur cór-pora.



3. Præsta Páter pi- ís- sime, Pa-tríque cómpar Unice,



Cum Spí-ritu Parácli-to Régnans per ómne sæ- cu-lum.




Amen.

¶ *Hic tonus servatur in Festis SS. Angelorum et Dedicationis Ecclesiæ.*

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Díxit Dóminus. 73. — 2. Laudáte púeri. 75. — 3. Crédidi. 95. — 4. In converténdo. 95. — 5. Dómine probásti me. 97.

1. Ant. 8. G




JUrávit Dóminus, * et non pænité-bit é- um : Tu




es sacérdos in ætérnum. E u o u a e.

2. Ant. 8. c



COllocet é- um Dóminus * cum prin-cípibus pópu-




li sú-i. E u o u a e.

3. Ant. 7. a




DIrupísti Dómine * vín-



Hymnus ut in I. Vesperis.

℣. Annuntiavérunt ópera Déi.
℟. Et fácta éjus intellexérunt.



COMMUNE APOSTOLORUM et EVANGELISTAR.
Unius et Plurimorum Martyrum.


TEMPORE PASCHALI.

IN I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, p. 73; *loco ultimi, Ps.* Laudáte Dóminum. *p.* 95.




le-lú-ia. E u o u a e.
5. Ant. 2. D
FUlgébunt jústi * sic- ut
sol in conspéctu Dé- i, alle-lú-ia. E u o u a e.
Pro Apostolis et Evangelistis.
Hymn. 3.
TRí-stes érant Apó-sto-li De Chrísti acérbo fúne-
re, Quem mórte crude-líssima Sérvi ne-cá-rant ímpi- i.
2. Sermó-ne vérax Ange-lus Mu-li-é-ribus prædíxe-rat : Mox
óre Chrístus gáudi- um Grégi fé-ret fi-dé-li- um. 3. Ad án-
xi- os Apó-stolos Cúrrunt sta-tim dum núnti- æ, Illæ mi-
cántis óbvi- a Chrísti ténent vestí-gi- a. 4. Ga-li-lææ ad ál-
ta món-ti- um Se cónferunt Apósto-li, Jesúque, vó-ti
cómpotes, Almo be- ántur lúmine. 5. Ut sis perénne mén-
tibus Paschá-le Jésu gáudi- um : A mórte dí-ra críminum




¶ *Sic cantantur et terminantur omnes Hymni ejusdem metri ad Vesperas in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur, usque ad Ascensionem. Ab Ascensione autem ad Pentecosten, in tono et cum doxologia sequenti :*





Pro uno Martyre.






Pro pluribus Martyribus.






ri- a, Et Fí-li-o, qu*i* a mórtu- is Surréxit, ac Parácli-to,




In sempi-térna sǽcula. Amen.

℣. Sáncti et jústi in Dómino gaudéte, allelúia.
℟. Vos elégit Déus in hæreditátem síbi, allelúia.

Ad Magníf.
Ant. 4. E



LUX perpé-tu-a * lucébit sánctis tú- is Dómine,



et ætérnitas témporum, alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ Ad Completorium, *Hymnus in tono paschali*, *p.* 84.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ ut in I. Vesperis.

Pro Apostolis et Evangelistis.

Ps. 1. Díxit Dóminus. 73. — 2. Laudáte púeri. 75. — 3. Crédidi. 95. — 4. In converténdo. 95. — 5. Dómine probásti me. 97.

Pro uno et pluribus Martyribus.

Ps. de Dominica, p. 73; *loco ultimi, Ps.* Crédidi. *p.* 95.


Hymnus ut in I. Vesperis.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúia.
℟. Mors sanctórum éjus, allelúia.

Ad Magníf.
Ant. 8. G



SAn-cti et jústi * in Dómi-no gaudéte, alle-



lú-ia : vos elégit Dé- us in hæreditá-tem sí-bi, al-le-lú-ia.



E u o u a e.


COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

EXTRA TEMPUS PASCHALE.


IN I. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, p. 73; *loco ultimi, Ps.* Laudáte Dóminum, *p.* 95.

1\. Ant. 1. f



QUI me conféssus fú-e-rit * co-ram homínibus, confi-




tébor et é-go é- um coram Pátre mé- o. E u o u a e.

2\. Ant. 3. à




QUI séqui-tur me, * non ámbu-lat in té-nebris, sed




habébit lúmen vítæ, dí-cit Dóminus. E u o u a e.

3\. Ant. 1. f




QUI mí-hi minístrat, * me sequátur : et ubi égo sum,




illic sít et mínister mé- us. E u o u a e.

4\. Ant. 1. f




SI quís mí-hi mi-nistráve-rit, * hono-ri-ficá-bit é- um




Páter mé- us, qui ést in cǽ-lis, dí-cit Dómi-nus. E u o u a e.


5\. Ant. 1. a



VOlo Páter * ut ubi égo sum, il-lic sít et minister


mé-us. E u o u a e.
Hymn. 8.
DE-us tu-órum mí-li-tum Sors, et coróna, præmi-
um, Láudes canéntes Márty-ris Absólve né-xu críminis.
2. Hic nempe múndi gáudi-a, Et blánda fráudum pábula
Imbú-ta félle députans, Pervénit ad cæ-lésti-a. 3. Pœnas
cucúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-rí-li-ter; Fundénsque pro
te sánguinem, Ætérna dó-na póssidet. 4. Ob hoc precá-tu
súppli-ci Te póscimus, pi-íssime : In hoc tri-úmpho
Márty-ris Dimítte nó-xam sérvu-lis. 5. Laus et perénnis
gló-ri-a Pátri sit, atque Fí-li-o, Sáncto simul Pa-rá-
cli-to, In sempi-térna sæcu-la. Amen.

℣. Glória et honóre coronásti éum Dómine.
℟. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.



AD COMPLETORIUM.




IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis; sed Ps. ultimus erit Ps. 115. Crédidi, *p.* 95.

℣. Jústus ut pálma florébit.
℟. Sicut cédrus Líbani multiplicábitur.

Ad Magníf. Ant. 1. f



QUI vult ve-ní-re post me, * ábneget semet-ípsum



et tóllat crúcem sú-am, et sequátur me. E u o u a e.

COMMUNE PLURIMORUM MARTYRUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.


IN I. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, p. 73; *loco ultimi, Ps.* Laudáte Dóminum, *p.* 95.

1. Ant. 8. G



Om-nes sáncti * quanta pássi sunt tormén-ta, ut



secúri pervenírent ad pálmam martýri- i! E u o u a e.

2. Ant. 8. G



CUM pálma * ad régna pervenérunt sán-cti, co-





ró-nas decóris meru-é-runt de mánu Dé- i. E u o u a e.


3. Ant. 1. f



COrpo-ra sanctórum * in pá- ce sepúlta sunt : et ví-



vent nómina e- ó-rum in ætérnum. E u o u a e.
4. Ant. t. pereg.
M Artyres Dómini * Dóminum benedí-ci-te in æ-tér-
num. E u o u a e.
5. Ant. S. c
M Artyrum chó-rus * laudáte
Dóminum ¶ de cǽ-lis, allelú-ia. E u o u a e. Post
Septuag. ¶ de cǽ-lis.
Hymn. 3.
S Anctórum méri-tis inclyta gáudi-a Pangámus
sóci- i, gestáque fórti- a : Gliscens fert ánimus próme-re
cántibus Victórum génus óptimum. 2. Hi sunt quos fa-
tu-e múndus abhórru-it; Hunc fru-ctu vácu-um, flo-ri-bus
á-ridum Contempsére tú-i nómi-nis ásseclæ, Jésu Rex
bóne cǽ-li-tum. 3. Hi pro te fúri- as atque minas trúces


Calcá-runt hómi-num, sæváque vérbera : His céssit láce-
rans fórti-ter úngula, Nec cárpsit penetrá-li-a. 4. Cædún-
